

quod non sine sui sanguinis effusione Christus nos esset à peccatis crepturus. Et rursus: non olim remittebat Deus peccata, nisi hostia in holocaustum ei esset oblata. Debit igitur Saluator I E S V S hostiã in odorẽ suauitatis offerre, nõ aliã quã seipsum: ad destitutionẽ peccati, & salutẽ populi sui. Dãnatur ergo: quia I E S V S, id est, Saluator. Christus. n. oblat<sup>9</sup> est semel, ad multorũ exhauriẽda peccata. ¶ Porro quia I E S V S Naue, (qui & Iosue dictus fuit,) non solũ dictus est Saluator Iudeorum: quia dux eorum erat, sed quia eos in terrã promissionis induxit: idẽ & Christus non solũ Saluator dicitur, quia soluit pro peccatis: sed etiã quia nos in regnũ adduxit eternũ. Porro Põtifex legis antiquẽ non intrabat in Sancta Sanctorũ, nisi velamine tẽpli sublato. Sicut nec Iosue terrã pmissionis ingreditur, nisi Iordane percusso, & velut sublato. Ergo & Christus si nos in sancta sanctorũ inducet, suũ percuet Iordanẽ, suũ auferet velamẽ: hoc verò velamen, caro eius est. Igitur si ipse, & nos in ipso, Cœlũ sumus ingressuri, caro Christi percutiẽda est, & auferẽda. Si ergo Saluator est, morti adiudicandus est. Habet hæc omnia Paulus, dicẽs: Habentes fratres fiduciã in introitu sanctorũ, in sanguine Christi: quã nobis ille initiavit viam nouã & viuẽtem per velamẽ. i. carnem suã, & põtificẽ magnũ super domũ Dei, accedamus. &c. Audis ne lector, Christũ per velamẽ. i. per carnẽ suam, in sancta introisse? Si carne sublata ingressus est in cœlũ, ergo, quia Saluator est, damnatur. Neque ociosẽ legas verbũ illud Pauli: Habentes fiduciã in introitu sanctorũ in sanguine Christi. Vt. n. Pontifex antiquus, nõ intrabat in sancta sanctorum sine sanguine bruto: ita nec Christus debuit in cœlũ se & nos subuehere, sine sanguine suo. Igitur si Saluator est, q̄ suos in cœlũ adducit, ad sanguinẽ fundendum dãnatur. Dãnatur ergo quia I E S V S. ¶ Secũdõ etiã damnatur quia NAZARENVS. Nazarenus. n. significat flos, seu germen, seu virgultũ. An nõ tibi venit in mentẽ illud Isaiẽ. Ascẽdet sicut virgultũ corã eo, & sicut radix de terra sitiẽti. nõ est ei species neq; decor. An nõ vides Christũ esse in passione virgultũ, de quo Isaias cecinit, quod esset virgultũ de terra sitiẽti sine decore, sine specie. Rursus Sponsa Dei, est Christi sacra humanitas. At spõsus de sua cecinit sponsa: Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias. Erat igitur Christi humanitas flos lilij, inter spinas tamẽ. Si ergo Christus virgultũ est, si flos est, damnatur: vt sit flos inter spinas. Vt sit virgultũ de terra sitiẽti. Meritõ igitur in dãnatione, Nazareni mentio fit. Et pfectõ Isaias dixerat: Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius, vt flos agri, exiccãtũ est fœnũ, & cecidit flos, quia spũs Domini sufflauit in eũ. Verẽ oẽs mortales fœnũ sunt, & verẽ omnis mortaliũ gloria Christ<sup>9</sup> est. Quia igitur mortales q̄ erãt fœnũ, ppter peccatũ exiccãti sunt (aruit. n. eorũ virt<sup>9</sup>, sicut testa) necesse fuit Christũ (qui flos erat) cadere in Cru-

cem & mortẽ. Cecidit igitur, quia spiritus Domini sufflauit in eũ. Vt. n. ductus est à spũ: vt tentetur à diabolo: ita insufflatus est ab eodẽ spũ, vt à Pilato in mortẽ dãnaretur. Ergo, flos siue nazarenus à Pilato dãnatur. ¶ Tertiõ dãnatur quia rex Iudeorũ. Memini me legisse, qd' cũ Iudei à Samuele regẽ efflagitarẽt: ita dixerũt. Regẽ habere volumus, vt egrediatur ante nos: & pugnet bella nra p nobis. Ergo si Rex Iudeorũ, ante eos egreditur: vt p Iudæis, eorũ loco pugnet: hostiũ tela, hostiũ tormenta, hostiũ plagas, vulnera, mortẽ, in se recipiet, ne sui illa recipiãt. Mortẽ ergo quã nos merebamur, rex noster p nobis recepturus, à Pilato damnatur. Hoc verò est quod ipse dũ cõprehendebatur ad hostes respondit. Si me queritis: finite hos abire. quasi dicat: Rex sum istorũ: volo vestra vulnera, illorũ loco suscipere. Ideõ enim dictũ est: Saluator ponetur in ea, murus & ante murale. Vt videlicet, tormẽta quẽ hostes ad ciuitatẽ expugnandã cõtra ciues proiciunt, Saluator (qui positus est vt murus, & vt ante murale) prior in se ipso suscipiat. Pfectõ ante paradysum Angelus positus est, versatili gladio arcẽs ab ostio paradisi. Si igitur Rex noster in paradysum nos adducturus, ante nos vadit, gladij vulnera in se debet excipere. Vt in se aciẽ gladij habetans, tutum paradisi nobis aditum efficiat.

## CAPVT. VIII.

Crucifiguntur cum Christo duo latrones.

**Tunc** crucifixi sunt cũ eo duo latrones: vnus à dextris, & vnus à sinistris. Vt q̄ in cœlo est in medio diuinarũ personarũ: in Caluaria fit in medio sceleratissimorum latronum. Et qui in cœlo adoratur vt Deus: in Caluaria, reputetur vt latro. Habentur in Regũ historia huiuscemodi verba: Dauid sedes in cathedra, sapiẽtissimus princeps inter tres, & ipse quasi tenerim<sup>9</sup> ligni vermiculus. qui vno impetu occidit octingẽtos. Iam quis ignoret, Christũ in Cruce, velut ex cathedra mortales oẽs docuisse? Nullus vnquã ex cathedra ita discipulos docuit, vt Christ<sup>9</sup> ex cruce. Ergo Christ<sup>9</sup> in Cruce, est Dauid in cathedra. Quis verò est ad eõ radis, qui nesciat Christũ fuisse in Cruce sapientissimũ? Certẽ vt qui esset Sapiaentia Patris. erat ergo in Cruce Sapiaentissimus inter tres. Vnus. s. ex tribus. Igitur Dauid medius sedet inter duos principes. Christ<sup>9</sup> crucifixus medius est inter duos latrones. ¶ Quod verò addit: Ipse tenerimus ligni vermiculus: magna id cõtinet mysteria. planẽ, vt vermiculus ligni, (licet tener) lignũ tamẽ intus corrodẽs, ex grauissimõ, leuissimũ reddit: ita Christus licet infirmus & dolẽs, Crucẽ tamẽ ex grauissima leuissima effecit. ad eõ vt Paulus dicat: mihi absit gloriari nisi in Cruce. Vides quã leuẽ Christus Crucẽ reddidit! Tũ vermiculus ligni licet corpore tener, ore tñ velut ferreus est. Quo indicatur, qd' licet Christ<sup>9</sup> in cruce tener fuerit: at eius os ferreũ erat, eo. n. tũc dãnabat, & olim in iudicio oẽs dãnabit iniquos



**Math. 23.** iniquos. Vno siquidem suę maledictionis verbo non octingētos solū, sed quotquot impios omnia secula pepererunt, morti adiudicabit eternæ. **Lucæ. 10** ¶ Patere lector, si vnum hęc verbum addam. Descendit quidam ex Ierusalem in Hiericho: incidit in latrones, qui eum expoliauerunt, & semiuuū reliquerunt. Descendit Christus, ex Ierusalē cœlesti, in Hiericho vanitatis & varietatis seculi nostri. Quid igitur expectas: nisi quod nunc inter latrones cōstitutus, expolietur, & semiuuus relinquatur? Planè semiuuus: quæ ex Deitate viuens, ex humanitate moriebatur. Et equidē latrones illi inter quos Christus consistit, alios sc̄uiores significabant latrones, scilicet peccata nostra: quæ veri sunt latrones, suū Deo honorem auferentes: vitam ablaturi si possent: imo vitā ei in nobis (quatenus possūt) auferētes. Nostra ergo peccata sūt latrones sequissimi, qui Christū de Ierusalē descendēte, vestibus, imo & propria pelle expoliarūt: & semiuuū reliquerunt. Mortuus enim fuit, licet tertia die resurrexerit. ¶ Porro quod vnus latronum sinister sine pœnitentia māsit, significabat, futurum: vt multa peccata essent sine pœnitentia mansura. Id verò fuit quod summū Christo afferebat dolorem. Non tantū dolorē sputa, spinæ, flagella, Crux ipsa, & mors Christo intulerunt: quā quod nostra peccata (per leuum signifiata latronem,) crucis beneficio non fruerentur. Quantū igitur refrigerij dexter Christo attulit latro: tantū, & nescio an multo plus summę afflictionis, sinister attulit ille sceleratus. ¶ Demū hęc attentissimè notabis: quā difficilē qui vitā in sceleribus egerunt, in morte cōuertātur. Ecce. n. in die summę misericordię, in die quo Christi viscera patebant: in die & hora qua Christus cum sanguine misericordiam pluebat: vnus tantū ex duobus, quæ eatenus sceleratē vixerant, ad Dominū conuertitur. Quid igitur similes sperent iniqui? Profectò verum est, & verū erit, quod mors peccatorū (id est, eorum qui in peccatis vixerunt) erit pessima. sicut contra, pretiosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius.

CAPVT. IX.

Christus ab omnibus deridetur.

**Lucæ 23** **Stabat** *Populus expectans eū deridebant eū principes cum eis.* Nullus vnquam mortaliū adeò derisus est, vt Christus. Deridebat eū populus qui aderat. deridebant eum principes, qui facinus patrauerant. deridebant prętereuntes. (erat enim per eum locū publica via.) deridebāt milites qui crucifixerant. deridebant latrones, quæ erāt cū Christo crucifixi. Impleta est ergo Prophetia. omnes videntes me deriserunt me: loquuti sunt labiis, & mouerunt caput. Et alia Prophetia: Ego sum vermis & non homo, opprobrium hominū, & abiectio plebis. Et alia: Desiderauimus eū despectum, & nouissimum virorū. Et rursum: quasi absconditus est vultus eius: & despectus. vnde nec reputauim⁹ eū. Et itē: Ego sum factus opprobriū illis, viderunt me, & mouerūt capita sua. Et illud:

Propter te sustinui opprobrium, operuit cōfusio faciē. extraneus factus sum fratribus meis, & peregrin⁹ filiis matris meę. ¶ Sustinuit figurā Christi despecti, ille Sāson, in ludibrium & abiectiōnem infidelīū abductus. Fuit etiā eius derisionis figura Semei, Dauidē à suo filio regno pulsum deridens, & despiciēs. Fuit etiam alia figura Christi despecti patriarcha Noë, ex vino nud⁹, in suo lecto recubens: à filio Cham contemptus & derisus. Sed quod Cham ludibundus derisit, boni filij adorabundi venerantur. Ita planè quod impij Hebręi, & inscij gentiles, in Christo deriserunt: nos Christiani p̄ni adoramus, & veneramur. Scimus enim non ex impotentia Christū nudatum in lectulo crucis: sed ex amore ppetuo, quo sicut vino, ille Pater futuri seculi inebriatus fuit. ¶ Erat verò tāta deridentīū cœcitas, tantus furor & infania, vt se viscera illa piūssima minimè continerent, quin Patrem rogarēt eternū: vt ignosceret illis, qui quod facerent nesciebant. Alioquin nisi in eo articulo veniā miseris Christus postulasset, fulmine in eternas tenebras à Deo irato, fuissent illi pestilentissimi homines adaecti. Sed tam iustū Domini furorem, tam blanda Christi temperauit oratio. Et iam iam sequitur iram, in magnā cōuertit misericordiā, quæ paradysum dedit pœnitenti latroni: lumen dedit prius obcœcato Cęturiōni: pœnitentiā dedit delusæ plebi. nam reuertebantur, inquit, percutiētes pectora sua. ¶ Nequē verò credas, tūc solum Christum fuisse derisum. Dic te obsecro: à quo nūc nō Crucifixus deridetur? Quis est qui amet tormenta, iniurias, opprobria, Crucem? Vbi est tēpore nostro Paulus aliquis, qui dicat: absit mihi gloriari nisi in Cruce? Sat video, Christū adoramus gloriosum, sed despiciamus, fugimus, abhorremus Cruci suffixum. Illi placeat, vt sicut veniam tūc suis derisoribus, vt nesciētibus impetrauit, ita & nūc magis ignorantibus impetret. ¶ Sed quis dubitet, quin veniā sit inuenturus, quā fideliter quis postularit: quādo Christus eā non postulantibus tā misericorditer à Patre postulauit, & tam efficaciter impetrauit?

CAPVT. X.

Tenebræ fiunt super terram.

**A sexta** *autē hora tenebræ factę sunt super vniuersam terram.* Sol enim obscuratus est. Quam obscuratiōnē prędixerat in hęc verba **Mathæi. 27** **Lucæ. 23** **Isaiæ. 13.** Isaías: Obtenebratus est Sol in ortu suo. Luna nō splēdebit in lumine suo. Visitabo super orbis mala: & cōtra impios iniquitatem eorum, quiescere faciā superbīā infidelīū, & arrogantīā fortiū humiliabo. Certē in die iudicij visitabit Dominus orbem, in his qui habitant orbem: at in die Crucis, visitauit orbis mala in Christo, orbis conditore. Puniuit enim Deus nostra mala in filio suo. Tūc omnis ratio postulabat, vt omnis nostra quiesceret arrogantia: siquidem vidimus Christum tantopere humiliatum. in illo ergo die, quando visitauit Dominus nostra mala in Christo, Sol obtenebratur in ortu, id est, antequam ad meridiem veniret.



veniret. Siquidem ante meridiem fuit Christus Cruci confixus. ¶ *Iam si vastato Pharaone, voluit Dominus Solé illi vastitati cōdolere, stellas compati: quanto potius id velle debuit, Christo filio suo iam iam expirante. Ita verò habet ad Pharaonem Dominus: Cūm extinctus fueris: operiam cœlos, nigrescere faciam stellas, Solem nube tegam, omnia luminaria cœli merere faciã super te. Si omnia luminaria merent super Pharaone, quanto potius super Christo?*

¶ *Sed age, memor esto verbi Domini: quod in fine mundi, cum iam penitus mundus erit cessaturus, Sol obscurabitur. Quid igitur miraris, si in morte Christi, quando mundus cœpit labefactari, etiam Sol obscuratus fuerit? Profectò in Christi morte, piis hominibus mundus crucifixus est: eius errores detecti: eius idola cōfracta: eius pōpa contēpta. Cœpit igitur tunc mundus languescere, quo erit languore moriturus.*

¶ *Et illud attende: Ante mundi primævi cōditionem, dicitur: tenebrę erant super faciem abyssi. præcesserunt ergo corporales tenebrę mundum corporalem. Rursum: cum lex ferebatur antiqua, tenebrę legem præcedunt. igitur vt lex Moyfi veniebat post tenebras: & mundus corporalis succedebat tenebris: ita tenebrę illæ per totum orbem diffuse, nouam legem aduentare significabant: nouumque orbem veteri succedere arguebant. Dicebat enim Sanctus ille. Post tenebras spero lucem. Igitur post generales tenebras, quę omnem terram obscurabant, speranda erat, post Christi mortem generalis lux: quę generaliter omnem terram illustraret: & nouus item orbis, qui veteri, meliore sorte succederet.*

¶ *Sed nota quod in Genesi narratur. Sacrificante, (inquit,) Abraham vaccam illam trimam: cū Sol occumberet, magnus horror Abrahamum inuasit: quia intellexit, quod semen suum futurū esset in Ægypto peregrinū, vbi esset miserè affligendum: sed tandem, cum magna esset substantia, in terram promissam rediturum. Abraham vaccam offerens Christum significabat: carnem suam in Cruce sacrificantem. Solis ille occubitus significabat Solis in tempore passionis obscuracionem. In ea verò obscuracione magnus horror Christum inuasit: magna angustia & afflictio: adeo, vt præ dolore clamaret: Quid dereliquisti me? Videbat enim Christianos suos in hoc mundo peregrinatos: à mundo affligendos: licet cū magna substantia essent in æternam fœlicitatem redituri. Quid verò miraris, si tunc Christus intelligens grauissimas suorum in mundo persecutiones, infœlicissimos casus, ad Patrem exclamarit: Quid me in meis dereliquisti?*

## CAPVT. XI.

Christus magnam vocem emittit.

**Circa** *horam nonam clamauit IESVS voce magna. Vox illa, clamorque magnus fuit: Pater in manus tuas, cōmēdo spiritum meū. Quod in persona Christi Dauid ante prædixerat,*

*in hunc modum. In manus tuas Domine cōmēdo spiritum meum, redemisti me Domine Deus veritatis. Docens virum iustum tunc verè à miseris redimi, cum moriendo, in manus Domini suum spiritum commendat. ¶ At primūm Christus docuit: magna voce, magno nisu, esse in tempore mortis clamandum: vt Dominus spiritum suscipiat nostrū. Ibi enim iacitur vitę alea: ibi agitur de capitis periculo: ibi cœlum nobis, gloria, Deus periclitantur, in eo puncto totius nostrę salutis cardo versatur. Clamet igitur magna voce, quise in magno periculo videt: voxque magna magnum excitet Deū, vt magno auxilio adcurrat, in magno periculo laboranti. Si enim vnquã aduersarius noster diabolus circuit sœuissimus, quęres quem deuoret: in mortis tempore circuit. Si verò vnquam diuinum præsidium necessarium est, in tempore mortis est. Sapienter enim Dauid: Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.*

¶ *Tum & illud attendendum: Si (vt Simon Cæsariensis dixit) Christus suum Patri commendans spiritum, omnium hominum spiritus etiam commendauit: an non fuit necesse, vt magnam vocem emitteret: quã Patrem tam grandi voce inclinaret: vt nostros haberet spiritus commendatos? Oratio iusti quia grandis, penetrat nubes. Oratio igitur Christi, quia maxima, nubes, cœlos, & cor Patris penetravit, & in eius manus spūs nostros deposuit. Non ergo rapiet eos quisquã de manu Patris. Pater enim qui eos habet maior omnibus est. Proximus morti Christus his Patrem verbis orauit. Iam non sum in mundo: & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte serua eos, quos dedisti mihi. Ego enim cum essem cum eis, seruabam eos. Si cum morti vicinus est, spiritus nostros ita Patri cōmendat: cū iam animã efflat, an non est consentaneum eos ardentius commēdare? At quia Pater nos nostrorum peccatorum causa exosos habebat, noluit nos Christus nomine nostro sed suo, Patri cōmendare. ideo nō dixit, meorū discipulorū spūs, sed meū spiritū tibi cōmēdo. ¶ Clamat etiã Dominus voce magna iã iã moriturus: vt nos desides, iacētes, somnulosos, imò & mortuos ad tā incredibile miraculū aspiciendū, excitaret, quale erat: quod Christus moreretur, vita moreretur, Deus moreretur. Clamat cū moritur: vt attendamus eã mortē, quę mortē nostrã destruxit. Eã mortem quę fuit mortis mors, quę fuit morsus inferni. Clamat, vt attendamus, eū, q̄ moriebatur p̄ peccatis nostris, resurrecturus p̄pter nostrã iustificacionē. In hoc. n. Christus mortuus est, & resurrexit, vt viuorū & mortuorū dominetur. Clamat, vt attendamus, quia si Christus p̄ omnib⁹ mortuus est, ergo oēs mortui sunt. Vt & q̄ viuūt, iã nō sibi viuāt, sed ei q̄ pro omnibus mortuus est. An nō merito Christus clamat, vt spectaculū illud inspiciamus: quo nullū neq̄, fuit, neq̄, erit in orbe maius? ¶ Clamat itē, vt voce illa sua terribili p̄dã infernus dimitteret, q̄ tot antea seculis tenebris in faucib⁹ tenebat.*

Clamauit

Psal. 30.

1. Petri, 5.

Psal. 70.

In altero Tomo.

Eccli. 35.

Ioan. 10.

Ioan. 17.

Ose. 13.

1. Corin. 15.

Roman. 14.

2. Corin. 9.



**Ioan. 37.** Clamavit Dñs magna voce, cū Lazarū ab inferni dētib⁹ eripiebat: quāto maiori voce erat clamare necesse: vt fera illa truculētissima, terribili clamore deterrita, vinctos quos in lacu premebat liberos esse permitteret. Duo. n. esse in orbe fortissima Sponsa docet in Cāticis. Mortem scilicet & infernum. Ita enim ait: fortis sicut mors dilectio: Dura sicut infernus emulatio. Si igitur infernus erat deterrēdus (bestia illa fortissima) grādi erat voce terrendus. ¶ Demum magna voce clamat, quasi diceret. ō surdi mortales, haecenus vos docui, haecenus p̄dicauī, haecenus clamaui. Iam me non estis amplius audituri neq; p̄dicantē, neque clamantē. Clamans nunc morior: Vt vnicus hic clamor in auribus vestris perseueret: qui vos scilicet admoneat, vt caueatis peccata. Ea. n. mortis huius causa fuere, qui admoneat vos ad vigilandum: ad benē viuendū: ad gratias immortales agendum: ad summo amore diligendū: summo studio laborandum: ad omnia mala cauenda, omnia bona p̄standa. ¶ Arbitror ad hunc clamorem monumenta aperta fuisse, terram tremuisse, lapides se se cōcidisse, demones obstupuisse, infernum contabuisse. nunquā enim similis vox vnquam audita in orbe fuerat. Transuerberauit

**Ioan. 19.** vox illa cor piissimę matris: quę tunc iuxta Crucem stabat: memorię tunc verbum illud Simeonis reuocans. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Planē eo articulo gladius virgineā animā transibat & pertransibat: verberabat, & trāsverberabat, Percussit vox illa grandis omnium adstantium corda. Omnesq; vultum ad Christū clamantem verterunt: videruntque eum, quod caput inclinabat, quodq; inclinato capite tradebat spiritum.

CAPVT. XII.

Christus expirat.

**Inclinato capite tradidit spiritum.** Vt beatissima virgo, eademque piissima mater filium suum expirasse conspexit: continere se nō potuit, quin piis lachrymis laxaret habenas: Cępit fluēta lachrymarum effundere. Cępit ex intimis visceribus luctuosissima trahere suspiria. Cępit ex acutissimo dolore maternos, ac ideo acerbiſsimos expromere gemit⁹. illud tacita sed miserabili oratione subinde repetēs. Fili mi IESV, IESV fili mi, quis mihi det, vt ego moriar pro te? Vbi verō fœminę circūstantes, & Christū vident defunctum, & matrem aspiciūt tam iustis lachrymis terram irrigātem: cęperūt & ipse collachrymari: cęperunt plangere, clamoribusque aërem & cœlum concutere. Id vbi viri cuncti cōspiciunt, imperare sibi nō potuerūt, quin lachrymis vultus irrigarent: & ex barba vbertim lachrymę defluerent. Factus est igitur eo loco planctus multo luctuosior, quā fecerunt Ægyptij super defuncto Iacob, patre Ioseph. Factus est planctus magnus, qualis fieri solet in morte primogeniti. Ita enim vaticinatus fuerat Zacharias. Aspicient in eum quem confixerunt, & plangent eum plā-

ctu, quasi super vnigenitum, & dolebūt super eū, vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit planctus in Ierusalem. Sicut plāctus Adadremon, in campo Maggedō. Non habuit Propheta planctum alium, cui planctum Crucis compararet: nisi funestissimum, & luctuosissimū planctum, quo totus populus planxit Iosiam, regem sanctum, patrem patrię, Reipublicę reparatorem: legis diuinę zelantissimū. Is occisus fuerat in cāpo Maggedo. qua causa vniversus Iuda, & Ierusalē luxerunt eum, Ieremias maximē. Cuius omnes cantores & cantatrices, vsque in p̄sentem diem lamentationes super Iosia replicāt. Quę verba, vt ego existimo ideō scripta sunt, vt lamentationes super IESV, (vero Iosia,) nos etiam replicemus. nostrique cātōres inter viros, & cantatrices inter moniales, threnos illos, & lamenta repetamus. ¶ In reuelationibus S. Brigidę scribitur, huic sanctę reuelatū fuisse, quod in hora mortis Christi omnium hominum corda subitus inuasit dolor. Vt nullus in orbe aut vir esset, aut fœmina: quę in eo tempore non vehementer doleret: licet doloris causam ignoraret. Quod mihi nimis videtur probabile. Cum enim Christus sit omnium hominum caput: quis non intelligat capite dolente, imo moriente, reliqua membra doluisse, imo extabuisse, & morti proxima fuisse? Si enim lapidum viscera (si ita phas loqui est) cōmota sunt, & suum dolorē ppria fractione monstrarunt: si terra conceptum dolorem ferre non valens, eum suo tremore manifestauit. Si Sol luctum suum, radiorū amissione hominibus ostēdit: quid miraris si etiam hominum viscera, in sui regis, patris, ducis, pastoris, p̄dicatoris, fratris, amici, demum Dei condoluerint, gemuerint, & lachrymas suas spontē profuderint. Liceat mihi per te lector id etiam existimare. Quod scilicet in eo mortis Christi tēpore, sicut saxa scindebatur, ita arbores vitore deposito marcida folia demittebant. Aues volatus suos amittebant. Pisces natate fastidiebant, flumina grauātē & velut dolenter fluebant: nihilque erat quod vt poterat dolorem interiorē exterius non manifestaret.

Et ecce velū tēpli scisum est.

Liceat mihi p̄ te, pie lector, Christi post mortē miracula & sepulturam per capita prosequi, vt sacram eius passionem sum antē prosequutus.

CAPVT. I.

Velum templi scisum est.

**Et velum templi scisum est medium.** Legitur in Iſaia: qđ Deus sederet in throno excelso, super templo. quodque ea quę sub ipso erant (scilicet vestes) totum templum operirent. Finge igitur, te animo videre Deum eternum, in templo illo Hierosolymitano sedētem. Cuius vestes velēt, tegāt, p̄tegāt tēplū illud, toto orbe verēdum, Iā vbi Pater eternus in tēplo suo inhabitans

**Gen. 50.**  
**Zacha. 12.**

Vide supra i. 61. co. 2. sancti transfixerunt x<sup>m</sup>.



inhabitās Christū mori vidit, facinus ex horrēs vestes suas (.i. velū templi,) discedit. Quo simul factū est: vt templū olim veste Dei eterni munitū, iā nūc sine tectura, sine p̄tectiōe, & sine ornamento remaneat. Et profectō, si Dauid Saulis & Ionathē mortē audiens, sua discedit vestimenta, (eo argumēto indignitatem mortis illustriū virorum exhorrens) quanto potius Pater eternus mortē filij sui indignissimā, indignissimē ferēs, vestes suas, quę velū templi erant, rescindere debuit? ¶ At verō vbi Pater eternus vestes suas discedit: necessariō, quę in ipso erant occulta, reuelauit. & equidem, vt velo disiecto, quę sunt occulta tēpli sunt facta manifesta: ita velo disiecto, quę erant occulta Dei, iā esse patēt: a: & quę erāt inuisibilia, iam posse videri: & quę erant inaccessibilia iā adiri posse, mōstratur. Patēt ergo mortalibus viscera Dei. & volentibus Deum videre, post Christi mortē, fas erit videre, ex parte siquidem Dei, iam nullum est quod obstaculo sit impedimētum. Olim opposuerat Deus sibi nubem ne transiret oratio. quanto potius ne transirent orantes: iam per mortem Christi omne impedimentum sublatum est: nullum chaos est, phas est nobis ad Deum: & Deo ad nos venire. ¶ Secūdo sicut Moses laturus legem, velo obtexit faciē suā Exodi. 34. Non. n. sine velo carnales Iudēi in Mosi faciē intendere poterant: ita & velo templum Dei erat obiectū: quia sine velo Iudæis in templū ingredi phas nō erat. Equidem cæremonię illæ, sacrificia, & ritus Iudaici velum erant: quo res spirituales, & vita Chriana, seu potius cœlestis & diuina tegebantur. Omnia. n. in figuris cōtingebant illis. ¶ Vt ergo significaretur non esse nobis seruiendū 1. Cori. 10. Deo nostro in cæremoniis, (quę spiritum & veritatem figurarent) sed quod adorandus esset in spiritu & veritate: ideo templū velo nudatur, id est, omnis illa Deo, in cæremoniis & figuris, seruiēdi ratio nudata est. Seruiendū est in spiritu & veritate, quā eatenus velū cæremoniā operiebat, ¶ Tertio. Paulus dicit: quōd Christus initiavit nobis viam nouam & viuentem, per velamē, (id est carnem suam.) quo loco multa resplēdent mysteria. Primū, sicut velum templi tegebat Sancta Sanctorum: & cœlum hoc quod videmus tegit nobis gloriam Dei, quam expectamus: ita caro Christi tegebat gloriam & Deitatem Verbi: quam Sacratissima Christi anima clarē videbat. Ergo velum scisum significauit Sancta sanctorū iam esse sine velo. & gloriam Dei esse item sine velo. Diuisa igitur caro per mortem ab anima & velum templi scidit, & Deitatem Limbo mōstrauit, & cœlum patere cunctis ostendit. Colligo ex his: in morte Christi omnia fuisse vela disrupta. Caro enim Christi (velū glorię Christi,) est clavis & spinis diuisa. velum templi, arcā Dei velās, diuisum est. Cœlum item apertum. Ergo via ad Deum omnibus patet. Secūdo: Sicut sine mora, in eodem puncto, quo caro est ab anima Christi disiuncta, est gloria Dei patribus Limbi mōstra-

ta: ita sine mora, cuius ab hoc seculo discedenti est eadem gloria monstranda: nisi ipse sibi impedimento fuerit, ne tanta gloria monstretur. id est nisi peccatum adduxerit, quo illa gloria priuetur. Tertio ostensum est: quod sicut via, qua Christus sibi gloriam corporis, nobis verō gloriam & corporis & animę cōparauit, fuit sui facerrimi corporis mors, tormenta, dolores, quos in Dei Patris sui gloriam tolerauit: ita via noua, & viuifica ad gloriam nobis comparandam illa etiam erit: Si scilicet compatimur: vt simul conglorificemur. Quarto edocti sumus: quod sicut nullatenus erat via: quā quis in sancta sanctorū ingrederetur, nisi per velum tantammodo: ita nullatenus est via qua quis in cœlum ingrediatur, nisi per carnem Christi dūtaxat. id est, per virtutem eius passionis, quam Christus in carne sustinuit. Ergo in carne Christi ianua, & ostia facta sunt, per quę nos in cœlum iatrare possimus.

## CAPVT. II.

## Terra mota est.

Et terra <sup>mota est.</sup> Indiciū quod in aliquem locum venerit Dominus, terrę motus est. Ita enim habemus: Cū orassent, motus est locus, & repleti sunt omnes spiritu sancto. Aduē- A. Cor. 4. tus ergo Spiritus sancti terram mouit. Et rursus Paulo & Sila orantibus, veniens Deus eos cōsolaturus, terrę motus factus est magnus. Quā ratiōne cum Angelus venit lapidem ab ostio monumēti sublatu<sup>9</sup>, terrę motus magn<sup>9</sup> factus est. Existimo igitur, quod quia mors Christi Deū hominibus absentē, hominibus conciliauit, & fecit esse presentem: vt videlicet iam esset nobiscum Deus: idcō terra in Christi morte cōtremuit. Erat lōgē olim, ab hominibus salus: at p̄ Christi mortem, Deus nobiscum est vsq; ad cōsumptionē seculi. Erat olim lōgē a nobis: at per Christi mortem, habitat gloria in terra nostra. Iam enim nulla natio tam grandis est, quę Deos sibi habeat ap- Math. 2. 8. propinquātes, quā est natio Christiana. Tremuit ergo terra, Dei gloriā ad se venisse testata. ¶ Iam verō nescio, an & hæc terrę motus causa fuerit. Sanē per Christi mortē terra nouis legibus, nouo cultu, nouis p̄ceptis arctissimē subiicitur: at quis non timeat, quis non exhorreat tale subire iugum, tale sibi imponere onus, quale Christianū est? Planē onus Christi leue est, & iugum suauē: Math. 11. sed non nisi amantibus, at quā sunt amātes pauci? Quid miraris ergo si terra tremit, nouam legē subitura? Quid terra nisi terra est? Quid verō lex nisi cœlum? quid terra, nisi caro, nisi fœnū? quid lex nisi spiritus, nisi sanctitas, nisi iustitia? Quid ergo non timeat caro, spiritus fieri iussa? quid nō tremat terra, cui vt cœlū sit, in Christi morte p̄cipitur? Lex quidē sancta, iusta, & bona. Ego verō carnalis sum, venundatus sub peccato. Roman. 7. Tu mandasti, inquit, mandata tua custodiri nimis. Quę si non nimis custodias: nimis, heu nimis



mis æterna morte puniēris. An non æquum est  
 vt terra tremat, nouam in Christi morte le-  
 gem susceptura? Tremunt Iudæi, tremit &  
 Moses; illi legem suscipientes, hic ferens: & non  
 tremet terra legem suscipiens, quam vt legislator  
 seruaret, diem vltimum in Cruce finiuit. Tremet  
 terra in fine mūdi iudicanda: & non tremet, quā-  
 do legem suscipit, per quam erit in iudicio exa-  
 minanda. Tertio ostendit terra, quid in morte  
 Christi essent iniqui facturi. planè maior terre  
 pars iniquorum est. Ideo enim dicitur, Væ habi-  
 tatoribus terre. Iam si impij vident Christum in-  
 nocentem, pro alienis peccatis tam acerrimè cru-  
 ciari, tam indignè mori: an non iustum est, vt tre-  
 mant, vt horreant, vt tabescant: expēdentes:  
 quomodo nocens punitur pro culpis suis, quā-  
 do innocens ita punitur pro alienis? Docet igitur  
 terra terrenos: docet illa tremens, cum tamē  
 sit innoxia: quantum debeant tremere, culpati.  
 Quarto: terra tremore suo & pios excitat, & im-  
 pios deterret. Pios quidem consolatur. Dū enim  
 mouetur loco suo, indicat pios nō habere hīc ci-  
 uitatem manentem, nō hīc esse stabiles: p̄sagit  
 futurū: vt pij loco isto terreno submoti, in locū cē-  
 lestem sint abducendi. Siquidem grandior lapis,  
 loco suo dimouēd⁹, pri⁹ hinc inde mouetur. Er-  
 go & terra piorū, nūc hinc inde concutitur, vt q̄  
 sit in cælum transferēda. Atqui impios suo tre-  
 more deterret. Dictum enim est: Commota est &  
 contremuit terra, & fundamēta terræ commota  
 sunt, quoniam iratus est eis. Iram regis pauet sub-  
 ditus: iram iudicis criminofus. Et si leo rugit quis  
 non timebit? Ergo nullus maior contra impios  
 Domini furor, quam post Christi mortem. Legi-  
 mus enim quod postquam tauri, & ailia fuerūt  
 occisa: & inuitati ad cēnam venire noluerūt: ira-  
 tus rex missis exercitibus suis, pdidit homicidas  
 illos, & ciuitatem illorum succēdit. Si tauri & ai-  
 lilia (quæ humanitatē Christi significant,) occisa  
 non fuissent, non adeo regis ira excanduisset. Ira  
 ergo Domini contra impios, qui mortem Chri-  
 sti non curant, vehemēter accensa est: quam tre-  
 more terra, vt potuit, indicauit.

## CAPVT. III.

Petra scinduntur.

**Et Petra** scissa sunt. Variæ sunt in sacris li-  
 teris petrarum significationes. Prior verò est, quā lapides hi materiales, saxa ve  
 significantur. Hæc in Christi morte scinduntur.  
 Vt certè in grandi terremotu contingere solet.  
 Terræ siquidem concussio ingētia saxa discindit,  
 quo etiam fit, vt fortissima, & quæ videbantur  
 æterna corruant edificia. Cū igitur Christi mors  
 terram concusserit: ingētia etiam saxa dirupit,  
 & mortuorum sepulturas aperuit. Porro saxorū  
 diuisio significauit, nihil terrenū, nihil seculare,  
 (etiam si esset firmissimum velut lapis) iā debere  
 durare. Vetera enim transierunt, noua efficebā-  
 tur omnia. Docuit saxorū diuisio, nō iam ædi-  
 ficia ex terrenis lapidibus, scilicet qui diuideban-

tur: sed ex spiritualibus, qui corrumpi nesciunt, 1. Petri. 2.  
 esse edificāda. Quæ n. videntur temporalia sunt, 2. Corin. 4.  
 ac ideò cum tempore labente labuntur: Sed quæ  
 non videntur, per Christi mortē, efficiūtur nobis  
 æterna. Ergo ex saxorū diuisione docemur, non  
 iam terrenos quære lapides ad edificandum, vt  
 q̄ sint infirmi, & fragiles: sed sancta quære ope- 1. Corin. 3.  
 ra, quæ sint velut argentum & aurum: quibus do-  
 mus nobis æterna edificetur in cælo. Secundò  
 lapides peccata significant: Quod diabolus cum  
 Christum tentaret indicauit, dicens. Dic vt lapi-  
 des hi, panes fiāt. Vbi sanctorum Patrū sensus ad-  
 monuit: per lapides, peccata significari. Igitur qd̄  
 in Christi morte saxa rumpantur, id mysteriū in-  
 dicabat: post Christi mortem, iam nulla peccata  
 esse debere. iam nullum peccatum integrum esse  
 futurum. Vetus enim homo noster (qui pec-  
 catorum fons est & origo) simul cū Christo cru-  
 cifixus est: vt destruat corpus peccati, vt vltra  
 non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est,  
 iustificatus est a peccato. Sic igitur, vos existi-  
 mate mortuos peccato, viuentes autem Christo.  
 Non ergo regnet peccatū in vestro mortali cor-  
 pore. Et rursus: Si vnus pro omnibus mortuus  
 est, ergo omnes mortui sunt, & p̄ omnibus mor-  
 tuus est Christus: vt qui viuūt, iam non sibi viuāt:  
 sed ei q̄ p̄pter ipsos mortuus est. Quibus verbis  
 tria Paulus concinnauit argumenta: vt peccata  
 findantur in nobis & pereāt. Primum, quia vetus  
 hō noster cum Christo crucifixus est. Ergo fons  
 peccatorum disrupto, peccata etiam conuenit  
 dirumpi. Secundum: quia cum Christo, peccato  
 mortui sumus. Tertiū: si Christus morte sua, vi-  
 tam nobis procurauit: indignum est, nos peccato  
 viuere, & non Christo. Rumpantur ergo nostra  
 peccata. Tertio lapides, in meliorem partē, for-  
 tissimos significant in pietate fideles. Christus  
 enim lapis sēpissimè est appellatus. Siquidem est  
 lapis angularis: est lapis in fundamēto fundatus.  
 est lapis ab ædificantibus reprobatus, est petra,  
 vnde aquarum fluenta fluxerūt. est lapis funda-  
 mentalis super quo Ecclesia cōstruitur. Quia ve-  
 rò quæ conueniunt Christo, hæc dedit suis cōue-  
 nire Christianis: si ille petra: sui etiā fideles sunt  
 lapides nuncupati. Dicente Petro: Ipsi tanquam  
 lapides viui super ædificamini domus spiritualis.  
 Ergo quia in morte Christi, Christus est percussus  
 & ita est illa petra diuisa: vt anima esset a carne  
 disuncta: ita etiā conuenit fideles esse diuisos: vt  
 habeāt animā a corpore disiectā. dictū. n. p̄pterea  
 est. Sermo Dei viuus p̄tingens ad diuisionē ani-  
 mæ, & spūs: cōpagū quoq; ac medullarū. profectò  
 si gladius sermonis diuini diuidit animam a spū:  
 quāto potius diuidet corpus ab anima. Ergo q̄ fi-  
 delis esse vult, dirupatur: habeat animā a carne  
 diuisam. Dicēte Apostolo: si spū facta carnis mor-  
 tificaueritis, viuetis. & rursus: Si Christus in vo-  
 bis est: corp⁹ quidē mortuū est, p̄pter peccatum:  
 spūs verò viuus p̄pter iustificationē. & itē: Qui in  
 carne sunt (i. nōdū a carne diuisi) Deo placere  
 non

1. Petri. 2.  
 2. Corin. 4.  
 1. Corin. 3.  
 Mathæ. 4.  
 Roman. 6.  
 Eodē. 1.  
 2. Corin. 5.  
 Mathæ. 21.  
 Psalm. 117.  
 Numer. 20.  
 1. Petri. 2.  
 Hebræ. 4.  
 Roman. 8.  
 Roman. 8.  
 Eodē. 1.



nō possūt. Vos autem in carne nō estis, sed in spū (quasi iā lapides perfracti. Si tamē spūs Dei habitat in vobis. Et hac ratione Deus per Ieremiam clamat dicens: Maledictus, qui prohibet gladium suum à sanguine. id est, maledictus sit: qui in carne sua integer manet: in quo gladius, Deo nullam adhuc fecit separationem. Quae etiam causa milites illi Gedeonis lagenas frágūt, vt luce splendēte, de Madiam referant triumphum. Significātes nos de nostris hostibus non relatores victoriā, nisi lagena nostrē humanitatis conscisa.

## CAPVT. IIII.

Monumenta aperta sunt.

**Monumenta** *aperta sunt.* Per mortē Christi, eius diuinissima anima erat in infernum descensura. id est, erat vita nostra, in mortem nostram deuentura. Cum ergo ē Cruce, vita in infernum descenderet, omnia monumenta dissiliūt: referant sese eam vitam venientem exceptura. Vt cum mense Maio pluuia desideratur, foeminę cuncta vasa producunt, in quibus venientem excipiant pluuiam: vt cum piscinam moturus veniebat Angelus, quiuis infirm⁹, ad salutem excipiendam se preparabat: ita omnia se se aperiunt, omnia se se venienti obiciunt vitæ, vt vita veniente, eorum mors moriatur, eorumque vita resurgat. Sanē cum Dominus erat aures surdo daturus, inquit. Hephathah, id est, Aperite. Aperite, vt salutem meam tua recipiat infirmitas. ita & tu crede, Christum in sua morte clamasse. O monumenta, audite vocem filij Dei: Aperimini. suscipiat meam vitam mors vestra: iā mors mortem non premat, sed vita mortem de terreat, & in vitam conuertat. Regum cōmemorat historia, quod cum deferretur hominis cadauer ad sepulturā, proiicereturq; à deferentibus in monumentum Elisei: ipsam cadauer ambulauit, vt tangeret ossa Elisei: quibus tactis reuixit, stetitque super pedes suos. Si cadauer illud, vitæ desiderio se Elisei ossibus adiunxit, vt viueret: quid miraris, si omnia quæ in monumentis iacebant cadauera, eodem vitæ desiderio, sua sepulchra referant: vt venientem Christi vitam susciperent: cuius tactu resurgerent? ¶ Et etiam, quia Christi cadauer erat sepulture mandandū, omnia sepulchra certatim sese aperiūt, vt sacrū illud cadauer suscipiant, quo suscepto erat illis vita restituenda. Et licet sacrū cadauer in monumento nouo conditum sit, fuit perinde tamen ac si in aliorum monumentis conderetur. dedit enim eis vitam, quam sepulchrorū apertione optasse monstrauerunt. siquidē multa corpora sanctorū quæ dormierant surrexerunt. ¶ Alia item narrat historia, quod se se aperuerit olim terra, Datham & Abiron deuoratura. Aperuit illa se: & iniquos absorbit in vindictam. Quid miraris si meliore nota, nūc se se terra retexat, & aperiat, sanctum sanctorum exceptura: non in vindictam, sed in vitam. ¶ Rursum inquit Dominus: Terra aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris, de manu

Cain. Si terra suum aperuit os, vt sanguinē Abe-  
lis exciperet: an non erat equius, eandem terram  
sua aperire sepulchra: vt sanguinem, vt carnem,  
vt corpus Christi reciperet? ¶ Iam cœli aperti  
sunt Christo baptizato. in signum quod ex thro-  
no Patris, per cœli aperturam Spiritus sanctus, &  
omnium cœlestium diuitiarum thesauri in Chri-  
stum descendebant. Sic rumpuntur monumēta:  
in signum, quod ex Cruce, (velut è Regis Chri-  
sti regio throno,) per monumentorum apertio-  
nem, vita cœlestis, & cœlestes diuitiæ in mortuos  
descendebant. ¶ Item cum lapis monumentis  
imponitur, indicatur: mortuos non vltra reuo-  
cādos ad vitam. Mors enim, mortuorum vitam  
vicit, vorauit, absorbit. & ita de vita mortuorū  
triumphauit, vt eam in perpetuum teneat capti-  
uam. Ideo inquit Psaltes: ne vrgeat super me pu-  
teus os suum, id est, ne sepultura me concludat  
me suum in æternum seruans captiuum. Igitur  
contrā nunc fieri ostenditur, quod scilicet mors  
Christi de morte nostra triumphat, quod mors  
moriendo mortem destruit. in signum ergo vi-  
ctoriæ, clausa monumenta referantur: ostenden-  
tia iam mortem mortuos non premere. iam car-  
ceres in quibus mors mortuos tenebat captiuos,  
esse referatos. & ita monumenta referata, mani-  
festē verum esse ostendunt, quod olim dictū est,  
scilicet. ō mors ego ero mors tua. Mors. n. Chri-  
sti in mortis regnum intrauit, cum ea pugnavit,  
vicit, inque victoriæ signum mortis monumēta  
aperta esse voluit. ¶ Demum monumēta versus  
cœlum aperta planē indicant: iam mortuis cum  
cœlo esse consortium. quodque iam mortui, & hi  
qui descendūt in limbū, laudaturi sint Dominū,

## CAPVT. V.

Corpora sanctorum resurgunt.

**Multa** *corpora sanctorū qui dormierāt surrexerūt.*  
Nulli dubium esse debet: corpora san-  
cta nō surrexisse, dum Christus aut in Cruce, aut  
in tumulo mortuus iacebat: sed cum à mortuis  
surrexit. Tum quia hic est communis doctorum  
consensus. Tum quia Paulus affirmat Christum  
esse principium, & primogenitum ex mortuis.  
Tum etiam quia si cadauera sacra eò surgebant,  
vt de Christi resurrectione testarētur: quomodo  
id testarentur, Christo adhuc iacente defuncto?  
Et id quidem euidenter Mathæus affirmat. nam  
sunt hæc eius verba: Multa corpora sanctorum  
surrexerunt: & exeuntes de monumentis, post  
eius resurrectionem: venerunt in sanctam ciuita-  
tem. Num si post resurrectionē exierunt de mo-  
numentis: ante resurrectionem, viua manebant  
in illis? Quis id opinetur? ¶ Ergo, vt probatur  
quod esset mors mortis, mortuorum aperuit  
monumenta: ita probaturus quod esset morsus  
inferni, Sanctos illos quos antiquo iure posside-  
bat infernus, inferno trementi è manibus, & vē-  
tre subripuit. Impletum habet Oseas suum tā ve-  
tustū vaticiniū. ō mors ero mors tua: ero morsus  
tus inferne. Porro momordit Christus infernū:  
illam

Jerem. 48.

Iudic. 7.

Ioannis. 5.

Marci. 7.

Ioannis. 11.

4. Reg. 13.

Ita hebra-  
veritas, &  
nouz ver-  
siones.

Numer. 16.

Genesis. 4.

Mathæ. 3.

Psalms. 68.

1. Corin. 15.

Psalms. 113.

Coloss. 1.

Oseas. 13.



illum voraturus, si esset totus ille vorabilis. Sed damnati esculenti non sunt: mandi, aut morde-  
 ri non possunt. Igitur hos Christus morsu, infer-  
 no eripuit: quos gratia, vt morde- & edi pos-  
 sent effecit. ¶ Habemus iam illud Samsonis  
 enigma solutum. De comedente exiuit cibus,  
 & de forti egressa est dulcedo. Profectò vsque  
 ad Christum Dominum, aperuerat infernus sine  
 numero animam suam: aperuerat os illud suum  
 (sicut cetus Ionę) vastissimum, comederatque  
 cunctos sine exceptione mortales. At sanctos  
 ex inferno Christus eripiēs, fecit: vt de comedē-  
 te exiret cibus, id est, de inferno exirent sancti.  
 De forti etiam egressa est dulcedo: vt enim su-  
 pra dicebam, fortis est mors: durus, & fortis in-  
 fernus. Sed quam est fortis infernus: tam est  
 Christo dulce illud animarum sanctarum, velut  
 apum examen. Ergo Samson, mel & apes in ore  
 leonis (quem occiderat) reperiēs, dixit: De co-  
 medente exiuit cibus. Christus animas sanctas  
 ex faucibus inferni (quem conculcauerat) eri-  
 piēs, meliorem de comedente exisse cibum ve-  
 rificauit. ¶ Nam illud expende quàm sint simi-  
 les Christo fideles. In die resurrectionis animā  
 suam à corpore disunctam, corpori reconcilia-  
 uit: vt ergo nihil ille habeat suum, quod suis non  
 cōmunicet: animas fidelium, à corporibus di-  
 uisas corporibus reconciliauit. ¶ Et quidem  
 mors fecerat, vt quiuis mortuorum cum Eze-  
 chia diceret: Non aspiciam hominem vltra, nec  
 habitorem quietis: Neq; enim aspiciet me vi-  
 sus hominis. At Christi mors & resurrectio fe-  
 cit: vt mortui aspicerent homines, & habitantes  
 Ierosolymis inuiserent. Venerunt enim in san-  
 ctam ciuitatem, & apparuerunt multis: atq; adeò  
 loqui sunt multis. ¶ Quòd si diuitem illum  
 epulonem viuorum fratrum ea tangebatur cura:  
 vt Abrahamum rogaret: aliquem in seculum ex  
 mortuis mitteret: qui viuos de alterius seculi re-  
 bus admoneret: en sui est factus desiderij com-  
 pos. Nec enim vnus ex mortuis: sed multi ad  
 sanctam ciuitatem venerunt: qui nos de seculo  
 futuro admonuerunt. At nos velut nihil admo-  
 niti, in vtranq; quod aiunt, dorminus aurem.  
 ¶ Quàm verò Christus est sapiens! quia nihil ne-  
 cesse erat testatus esse, mortuorū resurrectione,  
 (eo enim ille surrexit, vt mortuis esset causa re-  
 surrectionis) idcirco eam re omnibus argumētis  
 pbauit. Probauit. n. se viuū, per dies quadraginta  
 discipulis exhibens. probauit angelorum testi-  
 monio. probauit demum mortuorum viua prę-  
 sentia, multis etiam Ierosolymitis conspicua.

## CAPVT. VI.

Centurio cum suis credit.

**Centurio** autem, & qui cum eo erant custodien-  
 tes Iesum, viso terremotu, & his que  
 fiebant, timuerunt valde dicentes. Verè filius Dei erat  
 iste. Mihi certum est: admirari cōpisse

Centurionem cum militibus suis, quando vide-  
 runt Christum magna voce expirasse: tūc q; cō-  
 pisse dicere: hic homo iustus erat. Cum verò ter-  
 ram tremere viderunt, solem obscuratum, petras  
 fissas: tunc grauius cōpuncti: confidentius asse-  
 rebant, quòd filius Dei Christus esset: eas voces  
 grandi timore ab eis extorquente. ¶ Quòd ve-  
 rò contigit Centurioni, & militibus posteaquam  
 illam orbis conuersionem viderunt, pręsagium  
 fuit eorum, quę gentes fecerunt: vbi totum mū-  
 dum ad prędicationem Euangelij conuerti, &  
 reuolui videbant. Vbi enim gentes, ad Euan-  
 gelij tubam, videbant idola subuersa: dēmonia  
 nulla responsa ex tripode dantia: dēmonum tē-  
 pla diruta: patrias leges abrogatas: vitia homi-  
 num correctā: templa Christo edificata: Cēsares  
 fidei iugo subiectos: animos nouo feruore calē-  
 tes: terram nouam faciem habentem: Dum igitur  
 terram moueri vident: antiqua omnia obscu-  
 rari, noua secula apparere: facile Christum esse  
 iustum, esse verè Dei filium intelligunt. Quo  
 argumēto D. Chrysostomus in libro, quòd Chri-  
 stus sit Deus, vsus fuit. Quis enim poterat ter-  
 ram cōmouere, idola destruere, & mundo inso-  
 litam faciem tribuere, nisi Deus? Alluxerunt  
 ergo fulgura eius orbi terrę: cōmota est, & con-  
 tremuit terra: montes sicut cęra fluxerunt, à fa-  
 cie Domini, quia venit. Profectò Cēsares, & Im-  
 peratores montes erant: qui fulgura Euangelij  
 videntes, sicut cęra liquabantur: intelligentes  
 Christum filium Dei, qui terrā saluare venerat.  
 ¶ Rursum, quòd in orbe factum esse conspexi-  
 mus, id nonnūquam in quibusdam peccatori-  
 bus fieri videmus. Est grandis aliquis peccator:  
 nihil aliud quam terra, quàm serpēs comedit: is  
 ad Euangelij vocem tremat, rūpuntur ei in la-  
 chrymas oculi, conteritur in dolore animus, vi-  
 tia quę illi, vt sol ante fulgebant: nunc (vt nox  
 tenebrosa) obscura videntur. Qui igitur hanc  
 in peccatore mutationem vident: an non dignū  
 est, vt intelligant: Christum esse filium Dei, vt  
 pote tantę mutationis autorem? ¶ Sed ad no-  
 strum Cēturionem redeo, nulla gēs à Dei cul-  
 tu adeò abhorre videtur, quàm milites. Non  
 quòd bella in vniuersum sint mala: sed quòd ad  
 bellum (vt plurimum) soleant concurrere ma-  
 li. Ideò. n. dictū est: Dissipa gētes quę bella volūt.  
 Siquidem bella, non ex voluntate, sed ex neces-  
 sitate principes gerere debent. Hęc igitur gēs  
 bello mancipata, hęc est, quę prima Christum  
 Dei filium, post eius mortem, sine Iudæorum ti-  
 more fatetur. Ostensa ergo est Passionis & mor-  
 tis Christi efficacia: quę gentes adeò à Deo di-  
 stantes, Dei filio adeò in fide cōciliauit. Ergo si-  
 cut Christi natiuitas tam fuit potēs, vt Magos tā  
 toper distantes, ad stabulum adduceret: ita &  
 mors tam fuit efficax, vt milites illos religione  
 multò quàm Magi distantes, ad Christi fidem  
 aduocaret. ¶ Expende precor te, quid fuerit  
 illo tēpore in orbe potentius? Certè summa or-  
 bis

Marci. 15.

Mathæ. 27.

Psalm. 96.

Isaie. 65.

Psalm. 67.

Ephes. 2.

Mathæ. 27.



bis fortitudo erat in militia sita. Fortissimum ergo mundi, militia est. Quid verò potuit esse in seculo debilius & infirmius, quàm Christus in cruce suffixus, quâq; eius indignissima mors? Ergo cum vides Christi mortem, militum vicisse potentiam, an non intelligis verum esse quòd infirmius est Dei, fortius esse hominibus? Quòd si Christus fortissima seculi deiecit, apertum est omnia reliqua ab eo esse deicienda. Sicut cum Dauid fortissimum Goliath vicit, totum Philistæorum agmen vertit in fugam.

1. Corin. J.

1. Reg. 17.

## CAPVT. VII.

Aderant mulieres multæ crucis mysterio.

**Erant** autem ibi mulieres multæ à longe, sequentæ Iesum à Galilea ministrantes ei. Inter quas erat Maria Magdalena: & Maria Iacobi & Ioseph mater: & Mater filiorum Zebedæi. Nullus est qui Christo seruiat, & ministrat: quin stipendium ab eo recipiat. Ministrarunt Christo fœminæ multæ: inter quas ministrarunt potissimè tres s. Magdalena, & duæ Mariæ, Matris Christi sorores. Sed ministravit maximè, Christi sacratissima mater. His per gradus suos, Christus stipendia, & laboris mercedem in cœlis amplissimam rependere volens: iuxta crucem eas esse voluit. Vt sicut erant summi doloris iuxta crucem participes: ita essent summa gloriæ in cœlestibus, iuxta Christum heredes. Et sicut maximum erat passionis iuxta crucem meritum: ita esset maximum eiusdem passionis in cœlo præmium. Quòd vt explicatius sit, adducam matris filiorum Zebedæi historiam. Optabat illa, vt duo eius filij summum in Christi regno honorem obtinerent. Christus Dominus huic voto respondit: si summum locum in suo regno affectaret, passionis calicem essent profundè bibituri. Calix enim passionis meritum est, quo cœli præmia comparantur. Nulli sine merito gloriam suam Deus tribuit: neq; summæ gloriæ summos honores concedit, nisi calicis passionem summè potarint. Ergo volens Christus fœminas has, quæ tam fideliter ei ministrauerant, tam abundanter in cœlis coronare: iuxta crucem eas constituit: vt calicem illum altissimè bibentes, gloriæ culmè altissimè mererentur, & assequerentur. Vide igitur ordinem. Christus recès natus, voluit pueros omnes (qui in patria sua eo tempore nati sunt) magno gloriæ gradu in cœlo coronare. Ea ratione passus est, vt ab Herode occiderentur: vt per martyrij palmam in terris, gradis gloriæ palmam assequerentur in cœlis. Eadem ratione Matrem suam, & duas eius sorores, maxima in cœlo gloria coronarurus, maxima iuxta crucem affecit tristitia. Quà demum causa fœminas, quæ illi ministrauerant, grandem ad crucem voluit habere dolorem: vt grandis illius futuræ gloriæ haberent honorem. Quo enim quæq; acerbioris doloris gladio fuit verberata, eo ampliori corona fuit in cœlo donata. Id verò expendendum est, quòd nullus eorum (qui ad crucem Domini astitisse

memorantur) martyrij postea gladio percussus est. Neq; enim aut beatissima virgo, aut gloriosus euangelista Ioannes, aut amansilla Magdalena, aut reliquarum aliqua, martyrium subiisse memoratur. Adeò enim vehemens fuit ille crucis gladius, adeoque piarum animarum teneritudinem trāsuerberauit: vt fuerit illis pro martyrio computatum. Ita enim. b. Bernardus in sermone de Beatiss. virgine: cui initium est. Signum magnum apparuit in cœlo. Sacram Mariam & martyrem, & plusquam martyrem prædicat. quia eius animâ doloris in cruce gladius pertransierit: quæ ratio cur non etiam reliquas fœminas in suo gradu martyres fuisse cōvincet? Scio tamen cōmunem nostri temporis scholam B virginem martyrem nolle vocare.

¶ Demum quòd mulieres multæ mysterio crucis assistunt: præsagium fuit, quòd crux fœminis esset postea altissimè infigenda. Fœminæ enim sunt quæ crucis dolorem, arctius, deuotius, tenerius, & amantius prosequuntur. ¶ Sed speciatim adstat Magdalena, vt verum esse cōfirmet: quòd de ea Dominus dixerat, quòd. s. quia multum ei remissum erat, multum etiam amaret. At qui multum amat: in tribulationibus amicorum fixus perseverat.

## CAPVT. VIII.

Ioseph corpus Domini petit.

**Cum** autem sero factum esset: venit homo diues (vt Marcus habet) nobilis decurio: (& vt Lucas inquit) vir bonus & iustus: qui nō cōsenserat consilio, & actibus Iudeorum. (& vt Ioannes dicit) discipulus IESV, licet occultus propter metum Iudeorum. Hic à Pilato petijt corpus IESV, & sindone inuoluit: magnaque vnguenti copia vnxit: & in nouo monumento collocauit. ¶ Deo autem gratia, quòd diuites, & etiam nobiles, aliquid habent cum Christo cōmunionis. Deo gratia, quòd diuites & nobiles etiam ad regnum Dei spectant. Licet enim tam difficile sit diuitem in Dei regnum intrare, quàm camelum per foramen acus: at quæ impossibilia sunt apud homines, apud Deum posibilia sunt. En igitur Christi mors id esse possibile & fecit, & demonstrauit. Intellige igitur mortis Christi efficaciam: quæ Iosephum, cum diuitiarum, nobilitatis, & vitæ periculo, ad Christi corpus petendum armavit. ¶ Multa verò hæc Iosephi petitio significauit: illud primum facile. Quòd Iudeorum gens, nobilis illa olim: iusta item & bona, etiam olim, per diuitem qui induebatur bysso & purpura (testante Gregorio) significata. cum serò mundi factum fuerit, petet corpus Iesu. Hæc siquidem est Pauli prophetia: quòd cum populus gentium intrauerit: tunc omnis Israël saluus fiet. Atqui saluus esse non poterit, nisi Christum olim crucifixum, precibus petat, fide suscipiat, & charitate in mentis monumento recondat. ¶ Secundò, quia iste Ioseph erat Christi discipulus, licet occultus: significauit futurum, vt discipuli

Bernardus

Solo. 4.  
to. 2.  
scilicet.Lucæ. 7.  
Eccl. 6.

Mathæ. 19.

Lucæ. 16.

Roman. 11.

Ioan. 19.

Mathæ 20.

Mathæ 2



discipuli Christi, licet propter tyrānorum metū occulti, ab eisdem tyrānis audacter essent Christi cultum, & obsequiū petitori. s. vt per tyrānos liceret, Christum in Ecclesijs magnificentissimè structis colere & honorare. Cum ergo Syluester à Constantino: & Urbanus à Phoca, vt Christū publicè colere liceat impetrant: perinde fuit, ac si Iosephum vidisses à Pilato impetrantem, vt Christo debitum honorem impendere queat.

¶ Tertiò quia Ioseph diues erat, significauit etiā futurum: vt diuites Christiani magnis suis sumptibus (& qui fortasse superflui videri possint) Christum essent veneraturi. Attulit Ioseph aloës libras centum: an non hic apparatus excessiuus videri poterat? Attulit Constantinus, nō aloës, sed auri: non libras centum, sed ferè talenta centum. Recondidit Ioseph Christum in monumento, in saxo cauato, Recondidit Constantinus (& post eum alij infiniti) in Ecclesijs: quibus si tēplum Salomonis contuleris, nescio an erunt nostrę superiores. Erit igitur diuitum & nobiliū munus, Christum etiam cultu (qui redundās videri possit) adorare & venerari. modo id per extremè indigētes liceat. Apparatum enim quem viuēs Dominus contempsit, mortuus acceptat: si ex animo pio, & diuinitatis religione cōmoto, offerri sibi intellexerit. ¶ Quartò diues ille Ioseph diuites nostros, quid facere debeant, satis admonuit. Profectò corpus Christi Ecclesia est: vt Paulus apertè, & sepe mōstrauit. Hoc corpus Christi in cruce est, dum in tribulationibus est.

Roman. 12  
1. Corin. 12

¶ Pauperes igitur corpus Christi, cruci affixum representant. Admonet ergo diues ille Ioseph, diuites Christianos. vt huius corporis Christi curam gerant. sindonem, vnguenta, monumentū & necessaria largiantur. Sed nota quòd dixit: monumento, suo: nouo: exciso in petra. Vt opes illę quibus diuites pauperibus succurrunt, sint suę: sint nouę, sint in petra excisę. Certè Iustitia facit opes esse suas. Charitas facit esse nouas. Fides facit in petra, quę est Christus, excindi. Horret verò Christus ex rapinis, contra iustitiā honorari. Contēnit obsequia sine charitate. Reijcit elemosynam sine fide. ¶ Nam si Christus docuit, quā mensura mensi fuerimus, eadē esse nobis remetiendum: si nos Christum, & pauperes eius in monumento nostrò nouo, & saxeo recondimus: ipse nos in monumento cœli recondet. Cœlum, monumentum voco, quia nō datur nisi vita pręsenti defunctis. voco item monumentum, non quā mortuorum est, sed quā perpetua requies est: hanc quietem Deus volet esse nostram. Omnia enim nostra erunt. Erit hęc quies noua, nec enim talem oculus vnquā vidit: neq; auris audiuit, neq; in cor hominis ascendit. Erit demum saxea, id est, firmissima, omni. s. eternitate mansura.

Mathę. 7  
1. Corin. 3  
1. Corin. 2

CAPVT IX.

Pharisęi sepulchrum custodibus & sigillo muniunt,

Altera autem die quę est post parasceuen: cōuenērūt principes ad Pilatū dicētes: recordati sumus, quòd seductor ille dicebat: Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrū. Certū est, diē post parasceue esse sabbatū: quod Iudęi celebrabāt solēnissimū. Cur ergo nō dixit Matheus: sabbato cōuenisse Iudęos: sed altera die post parasceue? Respōdeo nō sine mysterio, id ita dictū fuisse. In morte siquidē Christi sabbati festiuitas cū legalibus omnibus extincta fuerūt: meritò igitur altera dies, nō sabbatū nominatur. ¶ Iā licet illud sabbatū fuerit Iudęis òni obseruatione solēne: nō tñ vetabatur, quin loqui cū Pilato potuissent: rogātes, vt custodes sepulchro adhiberet. Custodes verò facillè custodiebāt: vt qui sabbati religione, quia gētiles erāt, non tangerentur.

¶ Audiamus ergo quid illi, furēti rabie acti, Pilato referāt. Recordati, inquiūt, sumus, quòd seductor ille dixit: Post tres dies resurgā. Video animi maliciā: sed etiā video astutā prudentiā. Nulū impingi Christo potest nocentius crimē, quā quòd seductor sit. Neq; vlla maior toti inferno cura, quā quòd aut Christus non resurgat, post tres dies: aut quòd resurrexisse nō credatur. Planè si seductor est, nulla Fidei, quā ille prędicauit, est à nobis fides adhibenda. Et si Christus nō resurrexit, inanis est prędicatio nostra, inanis est & fides vestra: inuenimurq; (Paulus ait) Dei falsi testes. Adhuc estis in peccatis vestris: & qui dormierunt in Christo, perierunt: sitq; vt Christiani ònibus hominibus miserabiliores simus. Cum ergo vitę Christianę robur super eo cardine verferetur: quòd Christus sit veritas, qui venit illuminare, ijs qui in errorum tenebris, & in peccatorum mortali vmbra sedebant: Rursum totū pondus Christianitatis huc incūbat, quòd Christus surrexit sicut dixit, velut primitiæ Christianorum, qui cum eo sunt surrecturi: videre licet, quā callidè illi Christo, mendacium: & resurrectioni obstacula obmoliantur. ¶ Mihi enim ita visum est, Pharisęos, non ea solū ratione custodisse, & sigillasse sepulchrum: ne. s. furto auferretur Christi cadaver: sed ea maximè vt resurrectionē Dñi quā possent ratione impedirent. vt si arte forsan quapiam Dñs esset resurrecturus: eā militum vetaret attēta & peruigil custodia. ¶ Forsan pręfigurata erat ista custodia: quando Saul suos misit satellites, qui domū in qua triūphator David iacebat, vallarent. Tūc vxor Davidis Michol, virum admonet: vt se ea nocte saluaret, si mori non vellet. Ille verò (foran ad auroram) per fenestram, non per ianuā exijt, atque ita demū euasit. Iacebat igitur triūphator Christus in monumento, vallatus est à synagogę custodibus. Sed rogatur interim à noua Ecclesia (quę Christi sponsa est) vt ea nocte saluet se, à mortuis resurgēdo: nisi enim ea nocte resurgat, in mentibus fidelium erit moriturus. Exit igitur Dominus è monumento, nō per ianuam: id est, non lapidem ab ostio monumenti submouens:

1. Corin. 15  
Ioan. 15  
Lucę. 2  
1. Reg. 17



Sed per locum sepulchri superiorē, quasi per fenestrā egrediēs: sicut solet vapor ē profundiore terra, non per latera, sed directē vi caloris exire. ¶ Rursum prædicta erat forsan ista custodia in illis lonę verbis: Ad extrema inquit montium descendi: terrę vectes concluderunt me. Christus enim custodibus & sigillis vallatus, velut terrę vectibus conclusus erat. ¶ Porro celebrium virorum sententia est, olim sua maiores occlusisse sepulchra: quia in illis suos etiam thesauros cum mortuis recondebāt. Pharisei igitur ignorantes (dum Christi sepulchrum tam attentē cōcludunt) attentis animis apertē significant: grādes thesauros in Christi monumento seruari, neq; enim nimis custodiuntur, nisi quę sunt nimis pretiosa. ¶ Iam verō sicut Dominus ē sepulchro victor egreditur, non obstante morte: quę ipsum inuaserat: non obstantibus inuolucris quibus erat obstrictus: non obstante lapide, qui sepulchrum claudebat: non obstantibus sigillis & repagulis, quibus erat lapis munitus: non obstantibus custodibus, quos synagoga conduxerat, non obstantibus phariseis, neq; gentibus: ita futurum est, vt Christi fideles in orbis extrema hora, a morte & sepultura resurgant: non obstante mari, quod quosdam demerserat: non obstantibus flammis, quę quosdam vorauerant: nō obstantibus gladijs, qui quosdam minutim discerpserant: non obstante terra, quę quosdam in puluerem redegerat. Surgent mortui incorrupti. Surgent mortui contra mortem victores. Ideo enim Christus in sepulchro ita Deum deprecatur. Educ de custodia animam meā. Me expectant iusti, donec retribuas mihi. Iusti enim expectant, vt mortuo Christo, vita retribuatur: certi idem sibi a Deo tribuendum, quod Christo tributum conspiciunt. Ergo nunc Christus custoditur. At super custodiam suam tertio die stabit: & super munitionem suam gradum figet: videbiturq; in die iudicij omnibus procul: & in finem apparebit.

## CAPVT. XXVIII.

Vespere aut sabbati, quę etc.



**N**VLVS MIHI vitio vertet, si mysteriū sacerrimę resurrectionis Christi fusius explicauero. Cū enim ea sit totius fidei basis, & cardo: non potest vanū videri, quod eā illustrauerit. Eo maxime quod Ecclesia canit, Christū resurrexisse a mortuis secundū scripturas: neq; deerūt, qui has scripturas optent sibi in mediū afferri. Eas hoc i. cap. libet afferre.

## CAPVT. I.

Christus surrexit secundum scripturas.

**Surrexit** non est hic. Surrexit sicut dixit. Non solum sicut per os suum dixit, sed

sicut per os prophetarum, ante multa secula, dixit. Per os Dauidis ita Christus dixerat: Foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam. Paratum cor meum, paratum cor meū: cantabo & psalmum dicam. Exurge gloria mea: exurge psalterium, & cithara: exurgā diluculo: confitebor tibi in nationibus Domine. Quis nō videat, cum Iudei Christo parauerunt mortem: eos ante faciem Christi foueam parasse: in eam tamen incidisse? Tunc maxime, cum muniabant sepulchrum custodibus & sigillis: an non tunc parabant foueam? at cum custodes ipsi Christi resurrectionem testabantur, an nō apertum est, quod Iudei incidebāt in laqueos suos? Interim tamen inquit Christus, paratū cor meū, paratissimum est ad surgendum. surgam diluculo, & per Apostolos predicabo nomen tuū Domine in vniuerso mundo. ¶ Rursum dictum est: Verūm tamen Deus redimet animam meam de manu inferi: cum acceperit me. id est, profectō, quia Dominus accepit me, & vniuit me sibi, ea ratione redimet animam meam, de manu & potestate inferi. Iuxta quod impossibile erat eū detineri ab illo. Erat enim impossibile, vt mors inferni, teneret voratam eam animam, quę vitę substantiali erat personaliter vnita.

¶ Item dictum erat a Christo, per os Dauidis hæc verba: Non relinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuū videre corruptionem: notas mihi fecisti vias vitę: adimplebis me lætitia cū vultu tuo. Petrus contendit verba hæc de solo Christo dicta fuisse: nullus enim ante Christum fuit, qui non viderit in carne sua corruptionem. Christi sola caro, ab omni fuit incineratiōe seruata: suęq; beatissimę animę vnita. Et quia in ascensione, viam vitę omnibus mortalibus (atenus ignotam) ascendit: ideō dicit, notas mihi fecisti vias vitę. Et quia totus Christi labor, eō insudauerat: vt in cælo ipse cū suis vultui æterni Patris appareret: id in die ascensionis assequutus dicit: adimplesti me lætitia, cum vultu tuo. Nō quod ipse prius vultum Patris non viderit: sed quod gaudium Christi plenum fuit: quod non solus, sed cum suis, Patrem in cælo videret. ¶ Audi & aliud. Ego dixi (inquit Dominus) in abundantia mea, non mouebo in æternum. Domine in volūtate tua prestisti decori meo virtutem. Auertisti faciem tuam a me, & factus sum cōturbatus. ad te Domine clamabo, ad Deum meum deprecabor. Quę vilitas in sanguine meo dum descēdo in corruptionē? Audiuit Dominus, & misertus est mei. Cōuertisti planctum meum in gaudium mihi: confidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia. En quid dicat filius Dei, audi eius explanationem. Cum Dei filius erat in sinu Patris, dicebat: Non mouebo in æternum. Ego enim Deus & non mutor. Altissimum posuit sibi refugium: ideō

Psalm. 96

Matth. 26

Psalm. 48

Act. 2

Psalm. 15

Act. 19

Psalm. 29

Malach. 3



ideò nō accedit ad eum vllum malum. At libuit  
 postea decorem induere, & præcingere se virtu-  
 te: id quod fecit, cum carnem sibi vniuit. Iam in  
 tempore passionis, Pater auertit faciem suā à Fi-  
 lio: ita enim filius clamat: Vt quid reliquisti me.  
 Qua causa, cum lachrymis & clamore valido,  
 preces & supplicationes obtulit, ad eū, qui pos-  
 sit illum à morte saluum facere. Et exauditus est  
 pro sua reuerentia. Conuertit enim Pater plan-  
 ctum filij in gaudium, in sua resurrectione. Et li-  
 cet saccus cadaueris esset multis verberibus, &  
 plagis concisus, tamē per easdem plagas, immē-  
 se glorię fontibus emanantibus, circumdatus est  
 lætitia Christus. ¶ Ipse etiam David de Christo  
 cantauerat. Exultauit sicut gigas ad currendā  
 viam suam, à summo cœlo egressio eius: & oc-  
 cursus eius vsq̄ue ad summum eius. Quod qui  
 non intelligit, audiat à Salomone explicatum.  
 Oritur, inquit, sol & occidit: & ad locum suum  
 reuertitur, ibiq̄; renascens girat per meridiem.  
 exit igitur sol ab vno cœli cardine, id est, ab oriē-  
 te, ruitq̄; in occidentem. Sed ibi non permanet,  
 vertitur enim ad summum vnde exierat, id est,  
 orientem. Christus igitur Dominus è vita pro-  
 cesserat in mortem, tanquam sol ab oriente in  
 occidentem. Sed nunquid in morte, velut in oc-  
 cidente desidebit? minimè: sed regredietur in  
 oriētem. occursum eius ad summū eius, vt ibi re-  
 nascens giret per meridiem: vbi pascet, & vbi cu-  
 bet: Ecclesiā suam, velut oues abūdātissimè pas-  
 cēs. ¶ Rursus Christus de se cantauerat psalmū  
 39. Siquidem Paulus expressè eum psalmum  
 Christo tribuit: asserens eum, cum in mundum  
 ingrederetur psalmum hunc cantauisse. At psal-  
 mi initium est. Expectans expectaui Dominū,  
 & exaudiuit me, & eduxit me de lacu miseræ, &  
 de luto fecis: statuit supra petram pedes meos,  
 & direxit gressus meos. Quis in his verbis nō vi-  
 deat Christi resurrectionem illustratam? Lacum  
 enim miseræ, scripturę sepulturam corporis, &  
 limbum animæ nominant. Dicitur siquidem de  
 Christo, quod emisit vinctos de lacu, in quo  
 non est aqua. & alibi: Lapsa est in lacum anima  
 mea: & item. Verūtāme ad infernū detrahēris,  
 vsq̄ue ad profundum lacu. Cātat ergo Christus,  
 cum se supra lapidem monumēti viuum collo-  
 cauit: Eduxit me Deus de lacu miserę mortis, &  
 de luto illo inferni: quō animæ descendebant.  
 Statuitq̄; supra hoc monumētum (quod est ex-  
 cisum de petra) pedes meos, & direxit gressus  
 meos: vt in cœlū ascendant. ¶ Psalmum etiā. 21.  
 ipse Dominus sibi adscribit: cum in cruce cla-  
 mās, eius verba decerpit. In eo verò ita scribi-  
 tur: Erue à framea Deus animam meam, & de  
 manu canis vnicam meā. Salua me ex ore leo-  
 nis, & à cornibus vnicornium humilitatem meā.  
 & quasi pro sua salute adipiscēda deuoueat, vo-  
 tum hoc Patri suo nuncupat, dicēs. Narrabo no-  
 men tuum fratribus meis: neq̄; solum illis: sed in  
 medio Ecclesię laudabo te. En quid Christus in

sua passione precetur: en quę pro vita sua vota  
 Deo voueat. Vbi videor mihi videre Ionam, in  
 ventre ceti similia precantem, & vouentem. Au-  
 di quid sequatur. Timeat Dominum omne se-  
 men Israël: quia nō despexit, nec spreuit depre-  
 cationē pauperis, & cum clamare ad eum exau-  
 diuit me: En Domine Christe iam exauditus es?  
 Reliquum est, vt quę vouisti persoluas. Solut  
 dicēs: Apud te laus mea in Ecclesia magna, vo-  
 ta mea reddam in cōspectu timentium eum. Vt  
 igitur Ionas vota sua Domino redditurus, è ce-  
 to in vitam reuocatur: ita Christus è morte in  
 vitam reparatur: vt resurrectus in Ecclesia quin-  
 gētorum fratrum, per se: & in Ecclesia totius or-  
 bis, per prædicatores suos, laudes Domino fra-  
 tribus enarret. ¶ Audiamus quid sanctus Iob  
 dicat. Credo quod redemptor meus viuit, & in  
 carne mea visurus sum eum: & oculi mei cōspe-  
 cturi sunt. Atqui ò Iob in carne videre non  
 potes Deum, nisi sit ipse in carne Deus. Igitur  
 si redemptor tuus in carne sua viuit, non man-  
 sit in sepulchro defunctus. Si enim mansisset, tu  
 in tua carne eum viuum videre nequibas.  
 ¶ Audiamus & Domini verba per Osee propheta-  
 tam. Mors inquit, ero mors tua: & ero morsus  
 tuus inferne. Igitur per mortem Christi mortua  
 mors est. At profectò si mors Christum voratū  
 in sepulchro tenuisset, mors mortua non esset:  
 imò mors de vita triumphum tulisset. Surrexit  
 igitur, & ita mors iacuit in monumento defun-  
 cta, & deuicta. In cuius signum linteamina de-  
 functi cadaueris, in sepulchro erāt in vnum lo-  
 cum reiecta: testātia, vitam contra mortem ve-  
 nisse, & mortuū cadauer quod mors mortifica-  
 uerat: iam à faucibus mortis ereptum, & ad vitę  
 partes abductum. ¶ Iam idem Oseas inquit:  
 viuificabit nos post duos dies, & die tertia susci-  
 tabit nos: & viuemus corā eo. Si die tertia susci-  
 tabit nos: quale est, quod die tertia excitet nos,  
 ipse nō resuscitatus? Imò profectò, sicut eo mo-  
 riēte, nos oēs mortui sumus (vt supra ex Papa  
 Leone docuimus) & eo sepulto, sumus cum eo  
 sepulti: ita & eo excitato nos oēs sumus suscita-  
 ti. Vt enim mortuus est propter peccata nostra:  
 ita surrexit propter nostrā iustificationē: at iu-  
 stificatio, vita est ex mortuis. ¶ Audiamus etiā  
 quid Abacuc prædixerit. Cornua, inquit, in mani-  
 bus eius: ibi abscondita est fortitudo eius, ante fa-  
 ciem eius ibit mors: & egredietur diabolus ante  
 pedes eius. Stetit & mensus est terrā: aspexit, &  
 dissoluit gentes, &c. Nemo hīc est, qui igno-  
 ret: tunc fuisse cornua in manibus Christi,  
 cum fuit cruci clauis confixus. His enim ferreis  
 cornibus, innoxio sanguine tinctis, sanguinea  
 peccatorū regna euētilata sunt. Licet enim ibi  
 crucifixus sit Dñs ex infirmitate, in ea tñ infir-  
 mitate erat abscondita fortitudo eius. In facie  
 Christi erat mors: mortuus enim est propter de-  
 licta nostra: eā mortem procurante diabolo: qui  
 ideò dictus est egressus ante pedes eius. Sicut &



Zach. 3 Zacharias dixit: quod quando Christus erat indutus sordenti veste, Satã erat à dextris eius. At licet Christus, diabolo procurante, mortuus fuerit: nõ tamen mortuus permansit, sed stetit: quæ est corporis gloriosi conditio. Neq; stetit modo: sed mensus est suis discipulis terrã: vt in suis quib; partibus prædicaret. Per apostolorum verò prædicationem, aspexit Dñs gentes, sicut in Passione respexerat Petrum. Aspexit, & dissoluit eorum ritus, & mores: eorum templa & idola, &c.

Matth. 28  
Luc. 22  
Psalm. 109  
Matth. 22  
2. Reg. 14  
Psalm. 3

¶ Demum libet audire quid psaltes in psal. 109. dicat. quem psalmum de Christo dictum, Christus ipse testatur: Ergo in fine psalmi dicitur. De torrente in via bibit: propterea exaltabit caput. Torrẽs viq; est mors & dolores nostræ mortalitatis: omnes enim morimur, & sicut aqua dilabimur. De hoc torrẽte bibit Dominus, quia mortuus est: quia etiã iacuit in sepulchro. Sed enim licet iacuerit, exaltauit tamen caput: vt qui moriẽdo caput inclinauerat, resurgẽdo caput exaltaret. ¶ Verum ergo est, ego dormiui, & somnum cepi: sed exurrexi, quia Dñs exaltauit me.

## CAPVT. II.

Surrexit Christus, iuxta præcedentes figuras.

**Surrexit** Christus sicut dixit, non solũ per verba, eius resurrectionem prænũtiantia: sed etiam per figuras, & signa eadem delineantia. ¶ Harum prima sit Noë, de quo scribitur, quod cum ex vino eius vineq; quã ille plãtauerat lautius bibisset, ebrius iacuit in tabernaculo suo, nudatis etiam verendis: quæ vidẽs filius Cham, risit. Sed Noë euigilãs Chanaã Chami filium maledixit. Habet iam doctus quiuis figuræ rationem: sed breuiter eam perstringam. Plantauit synagogę vineam Deus, ex eius vino bibit, cum pro nobis carnem, & carnis infirmitates assumpsit. Ebrius inde factus est & nudus: cũ in cruce nudus pependit. Iacuit nudus, dum in tumulo iacuit defunctus. Sed cum è somno euigilat ( id est, cum ex morte resurgit ) maledicit filio Chanaam, id est, maledixit Iudæis: vt iam ex Iudaismo nullus infidelis in cœlũ proficiat: sed serui sint fidelium infideles facti Iudæi.

¶ Abraham vbi genuit Ismahelẽ, corpus habuit emortuum. Videbatq; emortuam vuluam Sarę: vt Paulus testis est. Quis igitur credidisset ex mortuis, viro, & vxore magnam futuram olim generationem: quis credidisset mortuos excitãdos: vt nouam gentem generarent? At per verbum Dei reuiuiscit corpus emortuum viri, reuiuiscit corpus emortuum fœminę: & grandis per Isaac nascitur posteritas. Ita profectò cum Christus in cruce moritur: cumq; Apostolorum Ecclesia ( vera Christi vxor ) dissipatur: nemo vnquam credidisset, Christum virum, eiusq; sponsam Ecclesiam reuicturos: vt inde tãta Christianorum oriretur posteritas. At cum videamus natos ex Christo Christianos, intelligim: Christum post mortem, vitam ad filiorum generationem accepisse. ¶ Isaac ligatur ad ligna, in sacri-

ficiũ, euadit tamen. Non moritur ille Deo, qui iam sibi, & patri moriebatur. Ita planè ligatur Christus ad ligna crucis: offertur Deo eterno in sacrificium. At si non ille resurgeret, planè non responderet figurę figuratum. Vt igitur respondeat necesse est. vt sicut vixit post ligamina Isaac, ita viuat post mortis ligamina Christus.

¶ Surripuit Iacob benedictionẽ fratri suo Esau: ea causa capitali odio, Esau fratrem Iacob persequitur. Fugit Iacob, in baculo suo Iordanem transiens: venit in regionem aliam, inde vxorẽ, & omnes diuitias allaturus. At profectò in ea regione non mansit: sed iterum ad terram natiuitatis suæ ditissimus redijt. Quam hæc pulchrẽ Christo conueniunt! Christus natu minor, sed sanctitate maior, benedictionẽ à Iudaismo surripit. Ea causa odio eum Iudæi eximie persequuntur: faciuntq;, vt Christus in crucis baculo è terra sua, id est ex vita, per flumen dolorum egrediatur. At Christus egressus in immortalitatem, ad Patrum limbum venit. ibi vxorem sibi deligit. totam scilicet illam Patrum Ecclesiam. Sed non manet in limbo Christus, ad terram suam id est, ad vitam corporalem redijt: ex qua fuerat deiectus. redijt tamen non nisi ditissimus: cum turmis animarum sanctarum. cum turma etiam corporum sanctorum, quæ in hac resurrectionis die, cum Christo surrexerunt.

¶ Ioseph quia noluit roganti Ægyptiæ acquiescere, in carcerem recluditur, omni humano favore destitutus. Sed quia vincit vincit somnia interpretatur, è carcere cum summa gloria egreditur. In curru videlicet triumphali, præcone clamãte: vt omnes coram Ioseph genua flectãt: nihilq; sine imperio Iosephi in tota Ægypto quisquam efficiat. Ita planè, noluit Christus peccatis synagogę cõnuere: ea causa accusatus, in carcerem mortis, & sepulchri conijcitur. At Christus, defunctis præmia pijs: penas distribuit impijs. Exit igitur è mortis carcere, ex inferni cathenis. sed nõ nisi cũ summa gloria, nõ nisi in curru triũphali carnis. s. suę clamãtib; præconib; .i. prædicatorib;: quod in nomine IESV nõ terrena solum: sed & cœlestia genua flectant, & inferna. Quodq; sine eius nutu & arbitrio nihil vllus efficiat. Pater .n. non iudicat quẽquã, sed omne iudicium dedit filio: vt omnes honorificent filium, sicut honorificant & Patrem. vtq; fratres Ioseph, eum flexo genu adorarunt: ita nos Christi, per eius gratiam fratres, cum reuerentissimẽ, vt Deum nostrum, adoremus.

¶ An non Iob: primum vulneratus: in sterquilinio ( loco vbi cadauera iactantur mortuorum ) iacens: à propria vxore & amicis irrisus: postea verò multò quã antea ditior factus: Christum representat, multò quã Iob patientiorem: in sepulchro iacuit Christus ( sicut in sterquilinio Iob ) à synagoga, & ab amicis relictus: sed postea, multò quã vllus mortalium ditior resurgẽs. ¶ An non virga Aaronis prius sicca, & mortua: postea verò vno instanti fronditibus

Genes. 22

Genes. 27

Genes. 28

Genes. 30

Genes. 33

Genes. 41

Philip. 2

Ioan. 9

Iob. 3

Iob. vlti.

Numer. 17



frōdibus folijs & fructibus viuēs, & diues: Christum significabat in cruce defunctum: in sepulchro siccum: sed in resurrectione inmensa gloria, immensa maiestate, in vno momento decoratum, & splendentem: ¶ Et profectō nisi me fallit cōiectura: Moses, Pharaonis mandato perire iussus: à sua matre in fiscellam conclusus, & in aquas fluminis coniectus: à filia verò Pharaonis educatus, nutritus, & ditatus: Christum significauit, qui mandato Pilati, à synagoga in sepulchrū abductus: in aquas mortis & tribulationis coniectus, postea à gentilitate susceptus, educatus, & velut nutritus, honoratur. ¶ Iam ille Samson, intra Gazę valuas & seras conclusus: sed de nocte confurgēs, & Gazę portas euellēs, serasq; earum confringēs: manifestam resurrectionis Domini gessit figurā. Vt & D. Hieronymus autor fuit. Surrexit enim Dominus, mortis vincula, claustra: & repagula dirumpēs. Iuxta quod impossibile erat eum ab illis teneri. Dominus. s. à vinculis seruorum: creator à repagulis creaturarum. ¶ Dauid etiam diebat de se quidem, sed de Christo maximè. Circundederunt me dolores mortis, quantum ad corpus: dolores inferni circunderunt me: quantum ad animam. Sed misit de summo & accepit me: assumpsit me de aquis multis: eduxit me in latitudinē, saluum me fecit, quia voluit me, & retribuit mihi secundū iustitiam meam, &c. Quid clarius potuit de Christo dici: Sed audi quid subdat. In te eripiar à tētatione, & in Deo meo transgrediar murum, quā pulchrè dicit, quod in Deitatis virtute, transgredietur murum clausi, sigillatiq; sepulchri. ¶ Quid verò clarius potuit Christum surgentem præfigurare, quā Daniel in lacum leonū iniectus: profectō super lacum impositus est lapis, anulo Regis, & optimatum obsignatus: sicut super sepulchro Christi, lapis signatus erat impositus. Sed sicut in Daniele leones: ita in Christo mors, nihil habuere iuris aut imperij. Exijt Daniel liber: exijt Christus multò liberior. ¶ Superfluum verò fuerit longē figuram explicare. Siquidem eam Dominus ipse explicauit. Sed finio, I E S V M illum sacerdotem magnū adducēs: de quo ita scriptum est. Ostendit mihi I E S V M, sacerdotem magnum: stantem corā angelo, & Satā stabat à dextris eius. Et Iesus erat iudutus vestibus sordidis. Et angelus dixit, aufer te vestimenta sordida ab eo. Et dixit, ecce abstuli iniquitatē tuam, & indui te mutatorijs. Et ait, ponite cidarim mundam super caput eius. Et posuerunt cidarim mundam, & induerunt eum vestibus. O pulcherrimam sacrę resurrectionis præfigurationem! Stabat sanè Iesus in cruce, coram angelis Dei: rantam Domini dignationem admirantibus: stabat & Satan velut victoriam de Christo subactō reportaturus. Et quidem Iesus veste erat fœdata vestitus: eius enim sacerrima caro (quā in incarnatione pulcherrimā induerat) in passione sputis & sanguine fœdari per-

misit? At, is qui in sepulchro iacebat, velut sordescēs: in resurrectione mutatorijs induitur. Speciatim verò fit de cidari mentio: quia sicut spinea corona eius sacerrimum caput prius fœdauit: ita gloriosissima glorię corona splendidissimam cidarim in Christo representat. Deo tamē gloria, quod Christo dictum est, ablatam esse iniquitatem: non equidem suam sed nostrā, nō quā ille admisit, sed quā pro nobis exoluit

CAPVT III:

Christus diluculo dici dñicę surgit. Nullus euangelistarū de modo, de tempore, de ratione resurrectionis Christi disseruit. Indicantes, rem fuisse omni sermone maiorem, quam non linguę hominum modo, sed & angelorum referre nequiuissent. Ea res Doctoribus dubitandi præbuit occasionem, quādo surrexerit Christus: de nocte ne, an verò iā illucescente die? Sed profectō cuncta argumenta euincere videntur, eum mane, diluculo, iam die dominico radiante, surrexisse. Ita canit Ecclesia: Aurora lucis rutilat, cum rex ille fortissimus, mortis contractis viribus: victor, surgit de funere. Mihi verò, hæc Ecclesię cōmunis confessio, vehemētissimum est veritatis argumentum. Cui psaltes in psalmis duobus, eisdem tamē verbis, suffragatur. Exurge (inquit Pater ad Filiū in sepulchro iacētē) gloria mea. Exurge psalterium & cithara. Cui respondet Filius, exurgā diluculo, & confitebor tibi in nationibus. Pater suam gloriam Filium vocat: quia Filius Patrem super terram glorificauit, & clarificauit. Vocat eum psalterium & citharam: eius crucē innuēs: vbi nerui Christi, velut in nablo extenti fuerūt: simul & mundum admonēs: vt huius psalterij cantu, velut Saul olim, refocilletur. At Christi responsio nostrę veritatis est confirmatio. Adiuuat nos etiam Zacharias: qui futurum tanto ante cantauit, vt Christus Oriens nūcuparetur. Ita enim dicit. Hęc ait Dominus exercitū. Ecce vir: Oriēs est nomen eius, & alio loco, Ecce ego adduco seruum meum Oriētem. Cui accinit alter Zacharias Baptiste pater dicēs. Per viscera misericordię Dei nostri: in quib; visitauit nos Oriēs ex alto. Vbi, Oriēs, non est participium ab orior, sed est Orientis solis nomen: vt ex tūc indicaret: Christū Dñm solem esse diluculo orientem: non adeò equidem tunc, cum ex vtero virginis nascitur: sed tunc, cum ex occidente sepulchri resurgit. Cum enim ex matre nascitur noctu nascitur: vt quā ad mortis noctē properabat. At cum ex sepulchro surgit, mane resurgit: vt qui iam tenebras nō esset visurus. Christus enim surgēs à mortuis, iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. ¶ Eam rem nobis confirmat Oseas, ita dicēs. Die tertia suscitabit nos, viuemus in conspectu eius. Sciemus, sequemurq; vt cognoscamus Dominum. Quasi diluculum præparatus est egressus eius. Sanè cum dixisset: quod die tertia, nos ille surgēs surgere fecit: Roman. 6

Vt in altero Tomo habetur.

Vide soto 4. to. 2.

Psalm. 96

Psalm. 107

1. Reg. 12

1. Reg. 16

Zacha. 6 Zacha. 3 Lucz. 2

Roman. 6

Osez. 6

Bb iij garec

albis maculis in ce  
xules coloris fascia  
intermicta  
tribus regum  
Eborarū capitis  
insigne

at Pontificum  
Sacerdotū  
Vbi exar dei no  
men scriptū



garet quispiã: quã diei tertie parte ille surrexit? Oseas respondet. Quasi diluculũ est egres-  
sus eius. Dixit verò quasi diluculum, quia licet  
resurrectio Domini (in tempore) fieret dilucu-  
lò: sed in claritate, in gloria, in splendore, nõ di-  
luculum erat: sed fulgentissimus & radiatissim⁹  
dies. ¶ Idem mihi innuisse videtur Iacob mane  
conspurgens. Et quia historia est resurrectioni ac-  
comodatissima: ne graueris audire. Fugiẽs Ia-  
cob fratrem suum Esau, venit ad quendam lo-  
cum: in quo quiescere voluit. Supposuit lapidẽ  
capiti suo, ibiq; dormiuit. Scalam à terris ad cælũ  
vidit. Euigilãs de somno dicit. Verè Dominus  
est in loco isto: nõ est hic aliud, quã domus Dei,  
& porta cœli. Surgẽs verò mane, tulit lapidem  
& crexit in titulum, &c. Fugiẽs ita Christus à  
Iudæis, venit ad crucem, & ad sepulturam. Ibi  
dormire volẽs, sepulchrum in lapide sectum de-  
legit: super lapide caput reclinãs. In eo somno  
scalam ipse fecit ex inferno ad sepulchrum, & è  
sepulchro in cœlum. per eam scalam angeli des-  
cendebant: & animę sanctę festiuissimè ascende-  
bãt. Cum igitur à somno Christus euigilat: fate-  
tur in eo loco iacuisse Deum, eundemq; in car-  
ne resurrexisse. Fatetur etiam mortem pijs, ni-  
hil esse aliud quã portam cœli. Si enim peccata  
non obstant, iam nihil vetare, quo minus à mor-  
te ingrediamur in cœlum. Quòd verò lapis se-  
pulchri sit erectus in titulum, p̄sens experiẽtia  
testatur: lapis enim monumenti, Ara est etiã nũc:  
super quã sacrificiũ Domino celebratur. Ad rẽ  
igitur nostram: vt Iacob mane è somno surrexit:  
ita & Christus mane surgere debuit. Vt videlicet  
in die dominica nihil penitus nox haberet parti-  
cipij, sed nox p̄cedẽs cum sepulchro finiatur:  
mane subsequens ad diem resurrectionis spectet.  
¶ Foras & id indicauit sanctus Iob, de peccato  
verba ista prophetã. Expectet, inquit, lucem &  
nõ videat: neq; ortum surgẽtis aurorę. quasi di-  
cat: Peccatũ regnasse visum est, vsq; ad Christi  
resurrectionem. Dum enim Christus ob pecca-  
ta mortuus iacet, adhuc peccatum regnasse vi-  
debatur. Sed si expectat etiã regnare post lucẽ,  
lucem non videbit. In ortu enim surgẽtis auro-  
rę, regnum peccati & mortis aboblitum est, nisi  
nos illud excitemus.

## CAPVT. IIII.

De textus expositione.

**Vespere** autem sabbati: lucescente, & in-  
cipiente iam prima sabbati (quæ  
erat dies dominica) tũc venerũt Maria Magda-  
lena, & altera Maria. Reuoca in memoriam pie  
lector: quòd sex diebus operatus est Deus mũ-  
dum corporalem: die verò septimo requieuit  
ab omni opere mundi terreni. At Christus per  
resurrectionem suam, huic terreno seculo finem  
imposuit: vt iam nõ secundũ ipsum viuamus:  
nouum igitur mundum, nouũq; seculum insti-  
tuit, vt iam in nouitate vite ambulemus. Surgit  
igitur post sabbati quietem: nouum seculum in-

choans. Surgit mane cõducturus operarios no-  
uos, in vineam nouam nouo stipendio. Non er-  
go prius quod spirituale est: sed prius quod ani-  
male, P̄cessit animalis mundus: surgẽte Chri-  
sto, nouus cum illo mundus inchoauit. Et ope-  
ribus prioris mundi iam perfectis, & eius absolu-  
ta quiete, denuò surgit Dominus: velut nouam  
creaturam plantaturus. Nec enim immeritò in  
specie hortulani, seu agricolę, Magdalene voluit  
apparere. Quãm igitur verum est illud: Posuisti  
tenebras, & facta est nox: in ea pertransibũt ocs  
bestię syluæ: catuli leonum rugientes, vt rapiãt  
p̄dam suam. Ortus est sol & congregati sunt,  
exibit homo ad opus suum, & ad operationem  
suam vsq; ad vesperam. Reuera posuit Deus  
seculum prius: in quo nox peccati suum vigorẽ  
habuit. Atq; ideò, pertransierũt in ea omnes be-  
stię: tum idolorum, tum etiam vitiorum. Sed cũ  
ortus est sol (ipse, qui quatenus Deus erat sol, &  
quatenus carneus, erat homo) ipse inquã ho-  
mo, exiuit ad opus spiritualis mundi gubernã-  
di, vsq; ad vesperam, quã mundus consumabi-  
tur. Sed neq; solus Christus ad opus suum exijt:  
exierunt & Marię: quę ea ratione venisse ad  
monumentum dicuntur orto iam sole.

¶ Venit igitur Maria Magdalene, & altera Ma-  
ria. Deus bone. Quãm non est personarum ac-  
ceptor Dominus: sed omnis qui facit iustitiam  
acceptus est illi. Nõ veniunt ad monumentum,  
aut reges: aut diuites: aut pontifices, aut sacer-  
dotes: sed mulieres. Vt quę durauerãt iuxta cru-  
cem videntes morientem: nunc priores, mercã-  
tur videre resurgentem. Tantum est iuxta cru-  
cem durasse. Quis enim non credidisset priorem  
Petrum v̄turum: priorem Andreã, aut Iaco-  
bum? Sed nunquã nõ verum est, quod infirma  
mundi elegit Deus, stulta, & quę non sunt: vt ea  
quę sunt, & quę fortia sunt confundat. Non est  
quod gaudeat, aut gloriatur sapiens in sapientia  
sua: neq; fortis in fortitudine sua: neq; diues in  
diuitijs suis. Est verò quòd gaudeat, & gloriatur  
infirmus. Ita enim facilius in eo habitat virtus  
Christi. Sed enim Marię istę primę de Christi re-  
surrectione exultant: quia maximè de eius pas-  
sione doluerunt. Est perpetuò vox illa Christi  
vera. Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à  
lachrymis, quia est merces operi tuo. Est enim  
ploratus & lachrymę pro passione, dignũ opus:  
cui gaudij merces tribuatur ex resurrectione.  
¶ Cur verò Maria Magdalena, & altera Maria ad  
sepulchrum adducuntur? Ego enim id myste-  
rio carere minimè existimo. Ergo Magdalena  
peccatrix: altera Maria iusta de nullo vitio dif-  
famata: significant, peccatores, & iustos, Christi  
fauore indigere. nemo aut peccator est, aut iu-  
stus: qui ex Christi morte, & resurrectione non  
dependeat: non est qui se abscondat à calore eius.  
Si peccator es Christo eges, vt iustificeris. Si iu-  
stus es, eges Christo, vt glorificeris. Si peccator  
es eges Christo, ne in peccato pdures: si iustus es,  
eges

Matth. 20

1 Corin. 15

Hebr. 4

Galat. 5

Ioan. 20

Psalm. 102

Roman. 5

Marci. vlt.

Act. 10

1 Corin. 2

Ierem. 9

2 Corin. 13

Ierem. 31

Psalm. 18

Genes. 28

Iob. 3

Genes. 1

Roman. 6



Lucæ .18. eges Christo vt in iustitia feueres. Si peccator es, eges Christo, vt cum publicano iustus efficiaris: si iustus es, eges Christo, ne cū pharisæo dāneris. Omnes igitur & qui præcedunt, & qui sequuntur clamant. Osanna, id est, salua nos: quia nemo est, qui Christi salute non indigeat.

Ioan. 12. Sed vide quòd licet duæ Mariæ ad sepulchrum veniant: prior tamen Magdalena, peccatrix illa recēsetur. Quia videlicet, licet Christus salus sit tam iustorum, quàm peccatorum non tñ venit vocare iustos, sed peccatores. Nec enim opus est valentibus medico: sed malè habentibus. Christus enim Iesus venit peccatores saluos facere: quorum primus (inquit Paulus) ego sum. Verè igitur publicani, & meretrices præcedunt in regno Dei. Nunc audi quorsum venerint Mariæ ad monumentum, & equidem Matthæus, dicit, quòd venerūt videre sepulchrum. At Marcus Matthæi abbreviator dicit, eas venisse: vt vngerent corpus I E S V. Non veniunt adorare, non deslere, sed vngere. Et quantum intelligo id ille facturæ veniebant, quòd totus mundus continuò facit. Arbitror enim totum mundū nihil aliud conari, quàm mortuos inungere. Sanè homines bifidi sunt. Alij sunt impij, quos esse mortuos nemo nescit. Ita enim Paulus docuit: vos cum essetis mortui delictis, & peccatis vestris, & rursum. Surge qui dormis, surge à mortuis. Sunt alij pij, quos etiam esse mortuos idem Paulus clamat. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Et item si mortui sumus cum Christo, credimus quòd simul viuemus cū eo. Et forsā de his, & illis dixit Dominus. Sine mortuos, sepeliant mortuos suos. Sūt igitur omnes homines mortui. Porro solēt inūgi defuncti, ne tabe putredinis corrumpantur. Quid verò aliud totus noster conatus intendit, quàm dare operam ne putredine corrūpamur? quid aliud contedimus, quàm nos à corruptione seruare? Mors planè perpetuò est nobis comes: rectè siquidem dixit ille. Mors ab origine pēdet. Cum igitur mors intra nos sit, continuò corpora nostra depascens: contendimus nos contra, totis viribus reluctari, ne in totum à morte & vermibus, & putredine absumamur. Esus ergo, potus, delicia, mollicies, nihil sunt aliud: quàm mortuorum ne putreant vnctiones. Imò & orationes, elemosynæ, & reliqua opera pia, quæ facimus: an non vnctiones sunt, quibus coaten- dimus, nos à peccati corruptione seruare? Quā igitur meritò repelluntur Mariæ Christum vn- gere cupientes? minimè ò fœminæ Christus, aut corporis, aut animæ corruptionem timet. vt vn- gi patiatur. Vngi voluit ante mortem, vt mori- turus: nunc vngi nō vult, vt perpetuò victurus.

CAPVT. V.  
Angelo descendente terra tremuit.  
**Et terremotus** factus est magnus: angelus enim descendit de celo, &

reuoluit lapidem. Quātum videtur, ad multa fuit utilis iste terremotus. Primū quidem: vt indicaret angeli aduentum. Tum, vt deterritos custodes, velut mortuos redderet. Tertio: vt attonitis custodibus phas esset fœminis ad monumentum accedere: rursumq; sine custodum impedimento, ab eodem recedere. Et quantum intelligo, hinc occasionem mentiendi custodes acceperunt. Cum enim intelligerent se terremotu attonitos: dixerunt, quòd dum illi dormissent, furto fuit sublatum cadauer.

At verò crediderim, terram cœpisse tremore concuti: cum Christus surrexit. Tunc enim angelorum infinita copia ad miraculum illud videndū, & adorandum descendit de cœlo: tunc anima Christi cum infinito animarum exercitu ad miraculum exercendum, ascendit de inferno. Quid ergo mirum si terra tantam maiestatem ferrè non potēs tremebat? Si maiestatem Dei dum adorant angelicę dominationes, tremunt: quid non tremat terra dominum dominationum adoratura? Si cum Dominus respicit terram, facit eam tremere, quid mirum est, si cū anima Domini, in terram intrat, faciat eam tremere? Quòd si aliquis stupeat adhuc, quare tremat terra, cunctis alijs exultantibus: cœlum siquidem tunc laudibus intonabat, mundus exultās iubilabat. Ad hoc multa se offerebant dicenda. Primū si terra pro malis sumatur: profectò, sicut audiens Herodes Magorum aduentum turbatus est, & omnis Ierōsolyma cum illo: ita videns terra Christum ex inferis ad vitam reuocatum, tremuit. Est enim Christus hominum terrenorum persecutor acerrimus. Secundò: si terra pro pijs accipiatur, tremor ille terræ illud significabat egregium: quòd licet Christo resurgente nobis sit exultandum, exultandum est tamen cum tremore. Ita enim ex psalmo admonemur, seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Et Paulus: Vestram salutem cum timore, & tremore operamini. Tertio si Christi ex sepulchro resurrectio, hominis ex peccatore resurrectionem designet: ille terræ tremor, quid peccator sit in sua conuersione facturū, apertè demonstrat. tremat enim necesse est, & contremiscat, Dei iram quā incurrit: inferni pœnam, quàm meretur: iudicij furorem, quo examinabitur: æternitatem tormentorum, quibus cruciabitur. Ex quo timore, quo vtiliter concutitur, (vt Concilij ver- bis vtat) ad Dei misericordiam sperandam, sese conuerrere debet. Quarto: si Christi resurrectio nostram in fine mundi resurrectionem designabat: tremor ille terræ propheta erat, illius vltimi, & maximi tremoris: quo sub finem orbis terra tremiscet, sepulchrorum lapides reuoluentur, corpora defunctorum resurgent.

Inquit verò Matthæus, Angelum euoluisse lapidem: & super eum sedisse. Diu igitur meditati mihi: quid esset angelum lapidem euolueret?

Bb v occurrit



Augusti.

occurrit D. Augusti, qui tract. 49. in Ioanē, lapidē quo Lazari monumentū claudebatur exponēs, ait. Lapis est pondus legis antiquę & aliquanto infra. Lapis est moles prauę consuetudinis. Cum ergo per Christi resurrectionem, & moles antiquę legis sit ab humana sublata natura: & comparata sit gratię virtus, per quam nulla consuetudo peccati, mortuo peccatori (si resurgere velit) obsistere possit: meritisimè dictum est, quòd per Christi resurrectionem, ab angelo est euolutus lapis. ¶ Porro quia lex vetus nunquā in perpetuum, super humanam imponetur naturam: meritò angelus super lapidem sedet. Si enim lex illa esset rursus hominibus imponenda, angelus non super lapidem sedēs: sed iterum monumento lapidem admo- uēs, apparuisset. Et item, quia consuetudo habitusq; peccandi, nulli à peccatis surgenti nocere poterit, (si modo ille non sibi eam super inducere velit) idcirco etiam super lapidem sedisse dictus est angelus. Quam rem vt intelligas, statue tibi infidelem, peccatorum consuetudine, velut lapide pressum. Tunc finge illum ad sacrum baptismi fontem accedere. Profectò si post baptismum mori contingat, ad cælum statim euolabit, nihil peccatorum consuetudine remorante. Infidet igitur angelus lapidi, ne à lapide damnum tibi venturum extimescas. Nisi (vt iam dicebam) tu te lapidi iterū sponte subijcias. ¶ Sed non est leuiter audiendum, quòd Mattheus inquit: Angelo fuisse faciem sicut fulgur, & vestem sicut nix. Similis est ergo quadātenus Angelus in resurrectione, Christo in trāsfiguratione. Christus cum trāsfiguratur habet faciem vt sol: & vestimenta sicut nix: ita & nunc angelus apparet. Igitur glorię habitatores facie splendent, vestibus candent. ¶ At interim, quis non miretur simul in eodem contraria: an non contraria sunt fulguris ignis, & frigiditas niuis? Cur ergo in beatis hæc contraria monstrantur? Respondeo. Primū: nihil mirum si angelus tam distantia, in se conciliata demonstrat: siquidem in Christo, cuius angeli festa celebrāt, tam distantia erant in vnum coälita. Si in Christo Deitas, & humanitas: æternitas, & tempus: gloria, & afflictio: immortalitas, & mors: cælum, & terra in vnum compacta sunt: quid miramur, si angelus eam varietatem ita coünitam, in se ipso demonstrat? Si breui futurum erat: vt caro Christi (pulis ipsa, & terra) esset in nui & gremio æterni Patris inferenda: quid mirum est, si niuem angelus igneo fulguri inferret? Secundò etiam addo: angelum facie igneum, corpore niueum: qualis esse Christiani vita debeat, ostendisse. esse enim debet Christianus exterius quidem candida mortificatione niueus: interius verò igneo fulgore resplendēs. Et planè si miraculum est, ignis in niue: maius miraculum est, igneus spiritus in corpore mortificato. Tertio visus est angelus ad omnia ministeria paratus, Dum enim

sedet super lapide, videtur expectare sacram sepulchrū inuisentes. Vt enim Ecclesię (in quibus martyrum sunt reliquię reconditę) viros quosdam habent: qui peregrinis ad reliquias inuisendas conuenientibus, qualis sit queq; reliquia referant: ita videbatur angelus expectare: vt de Christi corpore, ad monumentum accedētes admoneret. Tum fulgebat angelus igne coruscus: vt tepidos accenderet. Candebat verò, niue refrigerās, vt lassatos pio amore refocillaret. vtrūq; hic angelus apertè mōstrauit: subditur. n. **Præ** timore autē eius territi custodes, facti sunt velut mortui. At mulieribus idem angelus dicit: Nolite timere vos. Dū enim custodes exterrēt: eorum frigus suo calore, contendit accendere. Eo certè eos deterruit, & obstupescit: vt illi gelu, & duritia cordis reiecta, lumen, & feruorem Christi surgentis reciperent. At dum mulieres demulcet, & blandius excipit: velut è longa lassas via refouet, & refocillat. Eo igitur angelus fulgore coruscat, vt timore, & amore ad Christum animas pelliciat. ¶ Sed age expendamus quid sit. **NOLITE timere vos, scio enim quòd I E S V M crucifixum queritis.** O insignis simam timētium, ac meticulosorum medicinā! ò viri quos timor aliquis deterret: quos inferni, demonum, tyrānorum, aut temporalium terror excruciat: vultis ne nihil timere? parata vobis non timēdi ratio est: **Crucifixum querite.** Quomodo enim timeat crucem, qui querit crucem? Si queris crucem Christi, nō pertimesces famē, penuriam, mortem, quę tibi afferunt crucem Christi. Et sicut nihil contra Christum crucifixum valuit tota demonum phalāx, tota inferni rabies, tota mundi potentia (hęc enim omnia Christus exaltatus à terra, pedibus suis subiugauit) ita nihil illa poterūt omnia, cōtra eum qui crucifixum querit: quin ea suis pedibus subiiciat. Infideles timeant, qui Christum nō querunt. Christiani timeant, qui licet Christum querant, cum tamē regnantem, non patientem exoptant. At Paulus nihil se aut querere, aut scire arbitratur: nisi **I E S V M** & hunc crucifixum. in nulla re nisi in Christi cruce vult gloriari. Vide iam nunc quid timeat crucem, qui in sola cruce gloriatur? **Ego verò id ingenuè fateor: potius mihi deligerem eam gratiam: vt solum crucifixum quererem: quàm eam potētiam, vt omnia regna mundi possiderem.** Quærenti enim crucifixū, cælum apertum est: vt crucifixo fuit olim apertū: at regna mūdi possidenti, non itē. Propterea elegāter āgelus subdit. **SURREXIT, non est hic,** impossibile enim erat Christum crucifixum non surgere. dicente Petro: **Impossibile erat, eum teneri à doloribus inferni.** Ita planè qui crucifixū querit: surrexit, non est hic: maior est quā mors: maior quā monumētum: nō est in hoc mūdo: sed est ciuis factōrū & domestic⁹ Dei.

## CAPVT. VI.

Angelo iubente, Marię intrant in sepulchrū.  
Venite

Conciliū  
Tridenti.

Matthę. 16

Ioan. 12

1. Corin. 1

Galat. 6

Acto r. 2

Acto r. 2



**Venite** *videte locum vbi posuerunt eum;* Dicit Angelus piis fœminis. Ancilla quædam ostiaria introduxit Petrum in domum Pontificis, vbi Petrus negat Dominum. Angelus dicit mulieribus, & introducit eas in monumentum: vbi non negant, sed agnoscunt Dominum. in domo viuorum Petrus lædit fidem. in domo mortuorum fœminæ læsam reparant fidem. tantum est à bono ostiario induci. ¶ Interim libet fœminarum pectus fortissimum & audacissimum mirari. per medios enim irrumpunt custodes: per ianuam intrant sepulchri: ad ipsam ingrediuntur mortem. Facinus fuit, (non nego) quod fortissimi viri illi designarunt, cum sitiente Davide, per hostes medios irrumpentes, aquam ex Bethlehemitico fonte suo regi detulerunt. Sed quis non videt maius, aut certè par facinus fuisse fœminarum: quæ nihil veritè custodum efferatum furorem, inter eos irruunt. vt ad monumentum perueniant? Adeò subdita est creatura, creatoris impulsi. Impulsi sanè Dominus animos fœminarum per Angeli vocè, & sicut clangente Angelica tuba, surgent omnium ad iudicium corpora defunctorum: ita loquente nunc Angelo, animum induerunt fœminæ: vt inter rabidos custodes ad monumentum peruenirent. Quid non aggreditur amor, dei stimulatus instigatione? ¶ Significabant interea sacrè illæ fœminæ propriam mortem contemnentes, propriam vitâ periculo obiiçientes, vt ad mortem iam viuam penetrarent: qualis esse Christianorum animus debeat. Certè talis: vt propria morte, Christi mortem adorent: vt propriæ vitæ periculo, vitæ quæ Christus est, securitatè participent. Non facio inquit Paulus, animam meam pretiosiore quam me. Et item: ego paratus sum non solum alligari, sed & mori, propter nomen Domini I E S V. ¶ Simul etiam fœminæ ad monumentum, id est, locum mortis, propter Christum deuenientes, significabant futurum: vt multi propter Christum essent ad locum mortis deuenturi, martyrio scilicet coronandi. at sicut fœminæ non in loco mortis manèt, sed citò exeunt: & Christum occurrentem inueniunt: ita martyres non sunt in morte mansuri. eos Christus expectat. eis obuius erit Christus dicens: Auete, id est, omni malo carentes, omne bonum possidete. Sed de hoc redibit postea sermo. ¶ Subdit porrò Angelus: **CITO euntes dicite discipulis eius, quia surrexit.** Dies enim boni nütij est: sceleris arguemini si in Ecclesia Christi, quæ est veri regis aula, tam insigne mysterium celaueritis. Quam sunt Angeli benigni, quam nihil sunt bonorum suorum inuidi. quam sunt gloriæ Christi ardentes zelatores! Arbitror enim ego: summa suauitate, summaque dulcedine, fœminas in ipso ingressu monumenti affectas. arbitror beatissimum tunc odorem sensisse: & velut Angelorum præsentia suffultas, parùm à cœlesti gloria abfuisse. Volebant ergo illic facere tria tabernacula: bonum, n. erat eis illic esse. Sed Angelus gloriæ Christi,

& profectus discipulorum zelantis. eas in eo paradiso durare non patitur, sed sicut Apostolos, Christi ascendens suauitate, velut ebrios (ac ideò velut attonitos,) Angeli vellicant, & pelliciunt, eiciuntque ex illa cœlesti visione: dicentes. quid statis hinc aspicientes: quin ite in vniuersum mundum prædicantes quæ vidistis: ita mihi Angelus videtur, fœminis monumenti suauitate stupentibus, hæc verba profari. quid hinc statis? quin ite, nuntiate discipulis, quæ vidistis. ¶ Non libet hinc discedere, nisi illud expendam: cur Mariæ nominantur, quæ primæ sunt resurrectionis prædicatrices? Cur etiam fœminas elegit Deus, ad hanc primam tantæ gloriæ prædicationem? Et equidem existimo, Christum fœminas elegisse: vt in sexu fragili, maximè resplenderet gloria Christi. Vt enim elegit Deus homines abiectissimos, qui Euangelij gloriam mundo declararent: ne scilicet esset Euangelium in viribus humanis, sed in diuina virtute: ita elegit fœminas & eas non sine infamia culpæ. (fuerat enim Magdalenæ peccatrix) quæ resurrectionis gloriam Apostolis annuntiarent: vt fides non daretur auctoritati dicentium, sed veritati gestorum. Iam verò placuit Deo, vt Euangelici præcones, verissimè essent humiles: neque haberet caro, vnde posset gloriari. At profectò grandis erat humilitatis in Apostolis occasio, quod resurrectionis maiestatis, non per aliquem virorum, sed per fœminas esset primitus annuntiata. Tum ex ea gratia, quam fœminis Dominus concessit, vt essent ipse primæ quæ Angelos audirèt: quæ monumentum ingrederentur: quæ Christo obuiarent: quæ Christi resurrectionem prædicarent, facile Apostolis erat illud insigne colligere, quam liber velit esse Dominus, in suæ gratiæ collatione. Quam sine villo respectu, sine merito, sine præcedentibus causis, gratiam suam cui vult, quado vult, & quomodo vult largiatur. Si enim gratia ex operibus esset, iam gratia non esset. ¶ Quod verò resurrectionis annuntiatrices vocatæ fuerunt Mariæ, illustre iudicio meo est. Voluit enim Dominus ea ratione Sacerrimam Mariam, Dei veram genitricem, egregiè decorare, vt resurrectionis nütij, Matris resurgentis nomen haberent: neque de resurrectione vnquam mentio esset, nisi Mariæ nomen ob oculos proponeretur. Igitur colloquium Angeli cum beatissima Maria initium fuit nostræ salutis. Colloquium etiam Angeli cum Mariis initium fuit nostræ reparationis. Maria loquens cū Angelo Deum mudo adduxit. Mariæ audientes ab Angelo, Christum Ecclesiæ annuntiarunt. Profectò illud Isaiæ ad literam sine violètia adimpletur. Super montem excelsum ascende, qui Euangelizas Sion, exalta in fortitudine tua, qui Euangelizas Ierusalém, dic ciuitatibus Iudæ, ecce Deus vester, Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet. & cetera. Vbi illa verba, qui Euangelizas Sion, & qui Euangelizas Ierusalém: apud Hebræos, sunt fœminina: Vt ad fœminas, non ad viros referantur.

Ioan. 18

1. Reg. 3

1. Thes. 4

Act. 21

4. Reg. 7

Matth. 16

Act. 1.

Matth. 4  
1. Corin. 2

Luc. 7.

Roma. 4.

Isa. 40.



ferantur. Ut vel primum Hebræe lingue limen ingressis constat. Oigitur Maria Magdalena exalta vocem tuam, dic omnibus. Christum, non iam in infirmitate, sed in fortitudine venisse: non iam inclinato capite daturum spiritum: sed in brachio extento in mundo dominaturum.

## CAPVT. VII.

Marię exeunt à monumento.

**E**t exierunt cito Maria de monumento cum timore & gaudio magno: nuntiare discipulis. Aut fallor, aut hoc loco prædicatorum conditiones, quas seruare debeant designantur. Prima enim conditio est: Intrare in Christi monumentum. altera, citò ab eo exire. tertia, exire cum timore & gaudio magno. quarta currere. quinta fratribus nuntiare. Primum igitur prædicator Christi sepulchrum ingrediatur: piè & deuotè Christi facerrimam mortem, passionem, Crucem meditando. Si enim Iudei attendere ad petram vnde erant excisi, iubentur: & ad cauernam laci, vnde erant præcisi: cur non potius Christiani: maximeq; prædicatorum, ad petram, & laci cauernam: vnde nostra manauit iustificatio, & resurrectio, attendemus? Si Moyses stare supra petram, imo in foramine petre poni præcipitur, vt legem Domini quam populo proponat, suscipiat: quanto potius prædicatori intrare in petram sepulchri: imo in vulnera Christi, (vera foramina Petre,) præcipiendum erit? An non Paulus Christi mortem frequentissimè recolebat: qui, nihil aliud se scire, quàm Christum crucifixum confitebatur? Profecto si defunctus Christus, & vulneribus perfossus, liber est vitę: qui legerit in eo, inueniet multa, quę prædicet, viuida, efficacia: quę viuam nostram mortem mortificent & mortuam nostram vitam viuificent. Si Bernardus à quercubus & fagis docebatur, an non potius prædicator à Christi monumento docebitur? Sed arbitror facilè hanc conditionè probabis: altera erit tibi dubia: quomodo prædicator à Christi morte & passione, citò exire debeat? Cũ melius sit in ea semper durare, quàm ab ea citius exire. Equidem cum dulce est in Christi monumento habitare, omnis in eo mora breuis est. & cum exire quis inde iubetur, citò sibi exire videbitur. Fœlix hora inquit Bernardus, sed breuis mora. Veniat nobis in mentem verbũ illud impiorũ, in inferno dicentiũ, nos nati, cõtinuò desuim⁹ esse. quid õ miseri, an nõ vobis satis longa contigit vita? Cur dicitis, nati continuò desuimus esse? Certè, quia sicut in dolore, omnis breuitas est lógissima: ita in gaudio omnis mora est breuissima. & ita ego supra existimabam, pias has fœminas vehementissimũ gaudium in Christi monumento sensisse: & cũ exierunt, citissimũ sibi exitum visum fuisse. Docemur ergo prædicatorum: tanto gaudio & dulcedine in mortis Christi cõsideratione, debere perfundi: vt cum ab ea

diuellimur, citò nobis exire videamur. ¶ Tertiũ erat: cum timore, & gaudio magno exire. An nõ hĩc audire Deum tibi videris, ore Dauidis clamā- Pfalm. 2  
tem. Seruite Domino in timore, & exultate ei cũ tremore. Et Paulum, ferè idem prædicantem: Ve- 2. Cori. 7  
stram salutem cũ timore & tremore operamini. At rursus: Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete. Ergo prædicatorum timere iubetur, & gaudere: vt quem ipsi timorem, & gaudium ceperunt, in auditoribus generent. Is enim verè afficere potest, q̄ prius ipse affectus erit. At Pau- 2. Cori. 9  
lus tremens dicit: Scientes illum terrorem Domini (scilicet iudicij extremi, & gehennę) hominibus suademus. Audi rursus timentem: Timeo, 2. Cori. 11  
ne sicut serpens decepit Euam: ita corrumpantur sensus vestri. Audiuimus timentem, audiamus gaudentem. Per Christum, inquit, abundat con- 2. Cori. 13  
solatio nostra. An non vides Paulum cum timore & gaudio? Sed quia maior est qui gaudiũ dat, Deus: quàm qui timorem incutit, diabolus: ideò inquit, exierunt cum timore, & gaudio magno. ¶ Porro timor & gaudium duo sunt pedes: imo duę sunt alę: quibus prædicatorum nõ tam currunt, quam volant: vt euntes in mundum vniuersum, Euangelium prædicent omni creature. Neminẽ 2. Cori. 13  
arbitror tam legisse pauca, vt non legerit de prædicatoribus dictum: Qui sunt hi, qui vt nubes I Saiz. 60  
volat: & quasi colubę ad fenestras suas. Vbi eleganter iudicio meo duplex functio prædicatoris. delineatur. Altera, qua prædicator (velut cœlestis nubes) volans, prædicationis imbribus terram fecundat. altera quã post prædicationem, (velut antiqua illa columba,) in Noë arcam reuertitur. Genes. 8  
Vides ne prædicatorem vocari volantem nubẽ, & ad fenestram reuertentẽ columbam? Quę verò sunt fenestrę in arca, nisi sacra illa foramina Petre: in quibus consistens columba, Sponso pul- Cantie 3  
chra videtur? Habes ergo quã meritò dicatur de fœminis: quòd exierunt cum timore & gaudio, currentes nuntiare fratribus: cursu suo designantes quanto feruore, & quanto desiderio prædicatorum exercere functionem suã debeant. ¶ Quod verò inquit currentes nuntiare fratribus, charitatem, quàm prædicator ad auditores habere debet demonstrat. Quid enim? Si Christus homines nõ dedignatur fratres vocare: dedignabitur ne prædicator? Deus homines fratres vocat, & hõ homines fratres vocare contēnet? Ergo Christus, (vt Pfalm. 18  
sponus procedens de thalamo suo) exultauit ad currendam viam suam: quo scilicet nuntiaret no- Pfalm. 25  
men Patris fratribus suis, eumq; in medio Ecclesię laudaret: ita è recessu suo exeat prædicator, exultans, velut hæros, ad currendam viam suã, quo nomen Dei, suis fratribus narret. Si enim Matthe. 9  
prædicatorum sunt lux mundi, suntque lumina: raria verbum vitę continentia: at lucis mundi, sol, scilicet & stellę, non in aliquo desident loco: nunquam non currunt: vt lucem suam, suum cal orem, & influentię thesauros terris communi cent. Audi Paulum hæc apertè docentem.

Siue

Pon co amia a x<sup>o</sup> quem se a parta  
de sua cõuersaciam se sordate.

vita misero  
longa, felici  
breuis.



1. Corin. 3 Siue enim mente excedimus, Deo: siue sobrii sumus, vobis. Caritas enim Christi vrget nos, an non vides, eam charitate, qua vrgebantur feminae illae, vt Christum fratribus nunciarent: vrgeri Paulum, vt eundem mundo praedicaret? Eadem igitur vrgeri, festinare, & currere debent praedicatores, non dantes requiem oculis suis, donec inueniant locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.

CAPVT. VIII.

Christus exeuntibus a monumento foeminis occurrit.

**Ecce** IESVS occurrit illis, dicens Auete. At illae accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum.

Non me fugit: Christum saepe non currentibus, & non volentibus, occurrere. Dictum, n. est: Inuentus sum, a non quaerentibus me. palam apparui, iis qui me non interrogabant. Et item: Tota die expandi manus meas, ad populum non credentem, & contradicentem. Et Christus ipse dixit: Non vos me elegistis: sed ego elegi vos. Fieri igitur potest: vt Christus occurrat non currentibus. sed non potest fieri: vt pie currentibus, non occurrat. Dictum est enim: Ego diligentes me diligo: & qui mane vigilauerint ad me inuenient me. Et item: Omnis qui querit inuenit, & pulsanti aperietur. Beatae ergo foeminae quae currebant. Dicere quippe, earum quaeuis poterat. Sine iniquitate cucurri, & direxi: exurge in occursum meum Domine: & vide Deus virtutum, Deus Israel. Occurrit Christus: sine iniquitate, cum charitate, currentibus, & dixit eis: Auete.

Cum Dominus occurrit non currentibus, non laborantibus, sed otiantibus: non eis dicit Auete. sed dicit: Ite & vos in vineam meam: quid statis hic tota die otiosi? Aut dicit: Venite, & faciam vos piscatores hominum. Aut etiam: Sinite, mortuos, sepeliant mortuos suos. At, cum currentibus occurrit, dicit: Auete. nolite timere. ita enim cum in remigando laborantibus occurreret: dixit: Confidite, ego sum, nolite timere. Vt igitur Christus non laborantes ad laborem inuitat: ita laborantes suae praesentiae gaudio reficit: Auete dicens exhilarat: timore liberans, velut beatos reddit. Dicit ergo piis foeminis Auete. Tunc illae rei supra modum nouae, spectaculo illustratae consistunt. subita religione tanguntur, immensam religionem concipiunt. Coram Christi splendore, & maiestate cadunt. ad eius pedes prostrantur. Et si reges Magi coram puero in foeno iacete prostrantes, pueriles vagitus adorant: quanto potius familiares Christo foeminae, coram Christo, in Patris maiestate fulgentes, prostrantes: non infantiles lachrymas, sed super caelestes fulgures adorabant? Sacri illi senes ante sedentem in throno prostrabant, & in secula viuentem adorabant. an non etiam beatae illae Mariae, subito miraculo percussae, ante sedentem in lucis throno venerandae cadent, & non iam moriturum, sed

in cuncta victuram secula trementes adorabunt? Tenent igitur pedes eius, & in eorum oscula charitatis igne succensa amantissime ruunt. Intelligentes nihil adeo esse in Christo minimum: quod non sit maius maximo nostro: atque ideo Christi minima (id est pedes) a maximo nostro, (id est a capite) esse adoranda. Non piget hoc loco admonere, quod quodam loco Bernardus indicauit. Id vero est. Pie foeminae non vnum Domini pedem tenent, sed vtrunque. sicut olim Magdalena tenuerat. Contra faciunt, qui diuinae misericordiae obliui, iustitiae pedem vnicum tenentes ob admissa peccata desperatione franguntur. vt Iudas: Sunt alij qui diuinae iustitiae obliui, misericordiae vnum pedem osculantes, in peccatorum consuetudine perseverant. Errant hi, & illi. non vnus, sed vterque pes est apprehendendus: vt iustitiae aspectus misericordiae confidentiam moderetur: & misericordiae consideratio, iustitiae timorem emolliat. Ea igitur ratione foeminae non vnum, sed duos Domini pedes amplectuntur. Sed non leue dubium est: Cur Dominus nunc se tangendum Mariis permittit: quod Paulo ante tam charae Magdalenae negauerat? Dixit enim ei: noli me tangere. Primum equidem dici poterat: negatum fuisse singularitati, quod conceditur charitati. Conceditur Mariae cum aliis, quod erat soli negatum. Secundum cum Caietano forsitan dicetur: Magdalenae minus reuerenti negatum, quod fuit adorandae concessum. Primum enim minus reuerenter in amplexus ruens expellitur: quae postea in pedum oscula prostrata admittitur. Tertium noluit Christus solus, a sola Maria tangi. admonens, quam sint parum tuta virorum cum foeminis priuata colloquia. nam & ideo Samaritana ad virum vocandum prouocatur. Sed pulsat animum non leuis ambiguitas: Quid sit: quod Dominus se tangi nolens, Magdalenae dicit: Noli me tangere, nondum enim ascendit ad patrem meum. Si, quia non ascendit, non erant tangendus: cur statim a Mariis tangi se permisit? Fateor res est ambigua. Mihi iste verborum sensus esse videtur. O Magdalena, velles nunc tu meos pedes exosculari, lachrymas ardentis amoris effundere, dulcia miscere colloquia, longam in ea re moram trahere. At vero non nunc eius rei opportunitas adest. aliud me negotium vrget. Hisce enim diebus, quibus non ascendit ad Patrem, fundanda mihi Ecclesia mea est: fides collapsa reparanda: regnum incipit, ferè dissipatum, restaurandum: oves dilapsae colligendae. res haec ocysissime peragenda est. non ergo moras quas tu desideras, patitur. vade, vade ad fratres meos: vt eorum fidem erigere incipias & caetera. Ergo in summa, Dominus Mariae dicit: Maria noli me tangere, vt diu mecum persistas. Cum enim nondum ad Patrem ascenderim, negotium aliud nobis agendum est, vade tu, & ego vado: vt fratres nostros reparemus.

Postea

So mais leg  
no en x, se  
maior q tod  
los xosos  
S multos

Bernardus

Luc. 7.

Matth. 27

Ioan. 20

Ioan. 4.

Roma. 9.

Matth. 65

Roma. 10

Prouerb. 8

Psal. 58.

Matth. 20

Matth. 4

Luc. 9.

Marci. 6.

Matth. 2

Apocal. 4



Postea verò apparens tribus Mariis, cursum tangi se permisit: quia forsan nisi tangeretur, fides in illis non firmaretur. Vt ergo certissimè de resurrectione testarentur, tangere permittuntur. Sed quia Dominus suorum curam gerebat vehementem: idè illico ab adoratione repulsæ, ad Apostolos ire iubentur. Ita enim dicit Dominus: Ite nuntiate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. O eximiam pastoris curam. O eximiam regis amorem. O eximiam ducis diligentiam. Sed non hîc stupeo, non hîc admiror. Quid enim? Si diues ille in inferno combustus, tantam fratrum curam habet: vt Abrahamum vehementer precaretur, Lazarum mitteret, qui fratres deterreat: ne in locum venirent tormentorum: quanto potius Christus suorum fratrum curam habebit: Mariaeque mittet, quæ discipulos admoneât: ne in infidelitate persistentes, loco illo tormentorum digni reddantur. Ergo Christus hac sua festinatione facile nos docuit, quantum sit periculum, vel breui morâ in peccato iacere: quamque sit omnibus viribus conandum: vt quàm citissimè, & à peccato commisso exeamus: & peccantes fratres à peccatis abducamus.

## CAPVT. IX.

## De custodibus pecunia corruptis.

**Quæ** cum abiissent, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem nuntiantes Principibus Sacerdotum Christi resurrectionem. qui pecuniam copiosam custodibus largientes eos ita corruerunt, vt dicerent Christum à discipulis suis furto sublatum. O grauissimum & custodum, & Phariseorum peccatum: tam manifestè Deo velle repugnare: tam apertè Spiritui sancto resistere: viresque humanas contra potentiâ diuinâ obicere. ô verè peccatum contra spiritum sanctum. Quid non inuidia potest? Quid non cogit auri sacra fames? Miseri fuistis, & infelices custodes ad Phariseos & pontifices ingressi. Si enim non ad Phariseos, sed ad Apostolos, vel ad alios probos viros iuissetis: tantum peccatum forsan euaderetis. At sicut Iudas phariseos consulens, pro laqueo vitam commutauit: ita vos ad eosdem ingredienti, animam pro pecunia relinquetis. O quantum consultor bonus prodest: quantum, quæ malus nocet! Pulsat interim animum illa difficultas, cur permiserit Dominus custodes corrumpi, tantumque mendacium ab eis publicari? Cur noluit custodes, testes resurrectionis eiusdem esse præcones? Primùm equidem, vt intelligeret mundus, quam esset Phariseorum obstinata malicia, qui non solum contra Christi innocentiam insurrexissent: sed nunc contra Dei potentiam insurgant. Secundò etiam insignem hanc nequitiam permisit Dominus, nolens ore peruersorum laudari, repulit hos custodes Dominus: nolens hos iniquos, tanti mysterij fore præcones. Vt enim olim Christus Domi-

nus demonum ora frenauit, ne eum Christum regem esse faterentur: indignum ratus, vt summa veritas à summo mendacio commendaretur: aut testes essent veritatis, qui erant mendacij patres: ita & nunc veritatem resurrectionis non patitur ab eis annũtari: qui in peccatis fœdissimis mortui iacèrent. non patitur eos legis nouæ esse ministros, qui phariseorum ministeria exercebant. Vt enim vinum vetus veteribus: ita nouum nouis vtribus est commendandum. Spiritualia (inquit Paulus) spiritualibus sunt comparanda. Quòd si Dominus repulit custodes, vt indignos prædicationis mysterio, & ministerio, quanto magis miseri, qui in culpis iacemus, indigni erimus qui mysteria gratiæ tractemus: dignissimi qui à tam cœlestibus ministeriis longissimè repellamur. Tertio permisit Dominus & Phariseos, & custodes fœdissimè labi: vt in eorum peccato eius gloria maximè resplenderet. vt nihil obstantibus his & illis: nihil obstante illorum pecunia, & horum mendacio: plus gloria Christi fulgeret, dum magis hominum malitia eius fulgori repugnaret. Repugnabant totò nisu fratres Ioseph, ei fœlicitati, quâ diuina prouidentia Iosepho prouidebat: at quanto illi magis obsistunt, tanto Dei gloria magis enitet: dum contra eorum conatus, quod illi magis impediunt, hoc Deo disponente efficacius contingit. Omnes vires adhibet Pharaos, ne Dei voluntas, quæ Iudeos egredi ex Ægypto volebat, adimpleretur: sed quanto magis ille vires contra Deum intendit, tanto magis in ipsa resistentia, Dei gloria monstratur. Repugnet igitur quantum velit mundi potentia: in ipsa enim repugnãtia Christi resurrectio effulgebit, splendescet, regnabit. Demum quarto: Magna gloria est, Christi resurrectionem mundo prædicare. Dictum enim est: Quam speciosi pedes Euangelizantis pacem. Et iterum: Spiritus Domini super me, eo quòd vnxit me, ad Euangelizandum misit me. Et Paulus: Non misit me Deus baptizare, sed Euangelizare. Et iterum: Si ministratio mortis est in gloria: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Hanc tantam gloriam noluit Christus custodibus deferre. Eam enim seruabat suæ scholæ discipulis, suæ domus familiaribus, sui regni principibus. Hic non te prætereat, quàm verè diabolus leo sit rugiens, & circuitu quærens quem deuoret, at si vnquam rabie actus fuit leo ille, tunc fuit maximè: cum Christum iam resurrectum vidit: cum regnum suum per Christi resurrectionem concidisse cognouit: cum omnes suas vires, contra caput suum recidisse perspexit: cum denuò videbat se incidisse in foueam quam fecerat. Videns ergo custodes parum abesse: quin propter visa miracula Christiani efficerentur: eam technam commentus est, scilicet vt phariseorum pecunia corrupti, non discipuli: sed Christi hostes redderentur. O bestiarum trucem ferociam!

non

Marci. 1

Lucæ. 4.

Ioannis 15

Ioan. 8

2. Corin. 4

Matthæ 9

1. Cori 3

Roman. 3

Genes. 37

Exodi.

5. 6. 7.

Naum. 1

Ilaie. 61

1. Corin. 2

2. Corin. 3.

1. Petri 3



non dubito, quin Christo magna lætitia fuisset: si ipso ex morte ad vitam resurgente, custodes ex infidelitate ad fidem, etiam resurrexissent. Hanc verò lætitiã, cum aliud nihil posset, miser ille interurbauit, tantum est illi cum Christo, & cū hominibus intrinsecum odium. ¶ Interim ego libens & lubens Phariseorum, principumq; corda conspicio: quàm vlticibus curis, de Christi resurrectione audientes, angantur: quàm vindicibus flammis eorum pectora exurantur: quàm multa super eo negocio, vultu pallenti, verbis tremulis, incerta consilia tractent! Verum enim illud est: Cùm sit timida nequitia, dat testimonium condemnata. Semper enim præsumit sua conscientia perturbata.

Sapient. 27

## CAPVT. X.

Christus discipulis apparet in Galilæa

**V**ndecim autem discipuli abierunt in Galilæam: in montem, quem constituerat illis IESVS. Attendo multam in hoc capite fieri de Galilæa mentionem. nam Angelus dicit: Ecce præcedet vos in Galilæam. Christus inquit: nuntiate fratribus meis, vt eant in Galilæam. Matthæus nunc: abierunt discipuli in Galilæam. Non id mysterio vacare arbitror. credo igitur: quòd quia in Galilæa primum Christi schola erecta est: ea per famam passionis Christi collapsa: per præsentiam resurrectionis debuit reparari. Planum est Christi primam prædicationem fuisse in finibus Zabulon & Nephtali. at Zabulon est Galilæa inferior. Nephtali est initium Galilæe superioris: quæ & gentium nuncupatur. Quo fit vt Christi academia in eo loco fuerit primum fundata. qua causa multæ ex Galilæa, (id est, ex Christi gymnasio) mulieres Christum sequebantur, ministrantes ei de facultatibus suis. Ergo, vbi Christi doctrina floruit, vbi fama passionis tam dolenter fuit excepta: ibi gloria resurrectionis, non priuatim coram paucis sed publicè coram plus quingentis fratribus, debuit demonstrari. Vt verum plenissimè illud esset: Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. Quis enim non intelligat, in quam magna luce, est discipulis Christus conspectus! Quàm verò verissimè hic locus, Galilæa, siue reuolutio, rotatioque, nominatur! Hic enim discipuli ex prophana cōuersatione, ad Christi fidem Christo prædicante rotati sunt. at iidem eo moriente ex fide ad infidelitatem relabuntur. ex qua postea, eodem surgente ad fidem reuoluuntur. ex qua demum ad gloriæ felicitatem essent reuocandi. ¶ Secundo ideò Dominus in Galilæa voluit apparere: quia animus illi fuit: non semel, iterum, aut tertio discipulis apparere, sed frequenter: neque id quidem cursim, aut festinanter: sed familiarissimè: comedendo & bibendo cum eis, sicut videlicet solebat olim. Cui communi conuictui, nullus adeò idoneus locus erat, vt Ga-

Matthæ. 4

Lucæ. 23

sup. f. 58. 59.

Isaiæ. 9

Galilæa. Audi quid Lucas dicat: Discipulis præbuit seipsum viuum, post passionem suam, in multis argumentis: per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei, & conuescens, præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent. Vides ne, quòd per quadraginta dies apparuit eis. vt credi possit, nullo non die apparuisse. Apparens verò loquebatur de regno Dei, id est, de suæ Ecclesiæ institutione, de Sacramentorum administratione, de Pontificum ordinibus, de Curatorum gubernatione, de quæ aliis ad Ecclesiam spectantibus. Vt iam quæstio illa cesset, quid fecerit Dominus illis quadraginta diebus, ante ascensionem? Certè modum & ordinem quem nunc ferè Ecclesia seruat, instituit. Id quod Diuus Leo eisdem ferè verbis admonuit. Et Diui Augustini sententia est, eas traditiones à Christo fuisse institutas, quarum alius institutor non agnoscitur. Igitur, vt liberè Dominus de his rebus, cum discipulis tractaret, Galilæam, antiquum & familiare domicilium sibi delegit. ¶ Et profectò Hierosolyma indigna erat videre resurgentem, quæ occiderat innocentem. Fugit ab ea Dominus, cui ex magna ratione antea dixerat: ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Nemo igitur iam credat: quòd impunè Deum sepius bene facientem contemnat. minimè id quidem: si contènit, contènetur. Terra. n. sepe sup se venientem bibens imbrem, nec fructum reddens, maledicta est, & combustioni proxima. ¶ Neque est silentio prætereundum, quòd montem sibi Dominus mysteriis reuelandis elegit. Inquit enim: abierunt in montem, quem constituit illis IESVS. Quid igitur? Agrum ne sibi Dominus ad se reuelandum exoptat? Ita certè. Neque enim sine causa dictum est, regnum cælorum thesaurum esse, absconditum in agro. neque sine causa dicitur: veni dilecte mi, egrediamur in agrum. neque itè sine magna ratione, exibat Isaac, ad meditando in agro. Et maiores illi qui tam familiarem sibi Deum habebant: vt cum eo facillè & sepe loquerentur, in agris habitabant. Ita enim Paulus habet: In solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, & cauernis terræ. Et iterum: Abraham demoratus in terra, in casulis habitando, cum Isaac & Iacob coheredibus repromissionis eiusdè, quos nostri immitati maiores, deserta colebant: ita vt si tunc deserta vidisses potius vrbes, quàm deserta esse dixisses: Merito quidem Christus montem resurrectioni monstrandè sibi delegit: tantum enim erat hoc ineffabile mysterium: vt non nisi attentissimis animis, non nisi collectissimis mentibus, quasque nihil humanum remoraretur, esset conspiciendum. At verò profectò, eam attentionem vrbiū curæ, distrahunt, interpellant, dissipant. ¶ In hoc igitur monte discipuli constituti promptissimis mētibus, ardētissimo pectore, deuotissimis animis, purissimo corde, consistebant. multo maiore expectatione, puritate & pietate Christi reuelationem

Actor. 13

Leo papa Augusti.

Matthæ. 23

Hebræ. 6

Matthæ. 13

Cantic. 7

Genes. 24

Hebræ. 11

Eodem.



Exodi. 19 reuelationem expectantes: quam olim Iudæi: cū Deū de monte Sina legem laturū expectabāt. En igitur adest Christus: immensa luce coruscus: regale diadema, pro spinea corona, in capite ferens. Vultu suprà solis splendore irradiate. Foraminib⁹ vulnerū, flumina lucis largissima pferētib⁹. Toto corpore, suprà q̄ dici aut credi potest, resplendete. Discipuli miraculum attoniti stupent, sponte sua genua flectunt, Christi maiestatem adorāt: dulces ex oculis liquant lachrymas: mentes incredibili gaudio affici sentiunt. nullū diem huic similem vnquam experti sunt. quantumque dolorem Christi passio prius attulerat, tantum & suprà quam nemo credat, plus gaudij resurrectio quam videbant afferebat. ¶ Interim tamē (vt Matthæus habet) quidam videntes dubitauerunt. Vbi vehementissima subit me admiratio, quī fieri potuerit, vt quidam quod viderēt, dubitarent. Quod Thomas non videns dubitet, nihil admiror. quod quidam videntes dubitent: quis est qui non miretur? Quid enim aliud poterat Christus facere, vt omnem dubitationem auferret, quā quod seipsum viuū, & videndum exponat? Nū ne igitur sunt isti cæci, qui quod vident, non videant aut erant illi stulti: qui viderent, quod isti dubitabant. Huic meæ admirationi, illud primū respondendum videbitur, quod erat Christi tantus splendor: tāta maiestas: tamque erat suprà videntium captum spectaculum quod videbatur: vt oculorum aciem non sineret in re conspecta defigi. Certi igitur erant se miraculum quoddam videre: dubitabāt verò, an illud Christus esset. Quo circa Christus ipse proprius ad illos accedens cœpit in hæc verba loqui: Data est mihi omnis potestas. vt loquela suppleat, quod immensæ lucis splendor discipulorum certitudini detrahebat. ¶ Secundo. in ea dubitatione, & Christianæ fidei celsitudo: & nostri ingenij malignior conditio demonstratur. Ephes. 2 Fides illa feruens celsissimum donum est. spirituale est. suprà omnem naturam est. At prauum Ierem. 17 præ omnibus cor hominis est. Omnis homo mendax est. vniuersa vanitas est omnis homo viuēs: Roman. 3 Si ergo fides tantum est donum: contra verò, cor tam vile est stercus, quid miramur, si difficillimè illud isti cōmittatur, & vniatur? Si stupes, quod Deus animam hominis vili pulueri copulauerit: cur non mirere magis, quod fides cordi nostro coniungatur. Fateor, Christus quicquid debuit, fecit, vt resurrexisse crederetur, at vix quod optabat, assequeretur. Neque enim sine causa exprobrauit incredulitatem illorum: quod post tot tantaque vitæ argumenta, iis qui vidissent à mortuis surrexisse non credebant. An non vides animum rebus suprà cœlestibus parum idoneū? Cœpis aliisq; sumus aptissimi. Manna istud fastidimus, nauisamque nobis vel eius mentio mouet. ¶ An non etiam nunc similis est in multis dubitatio? In infinitis miraculis fulsit, & fulget Christus. Multi tamen adhuc malignè credunt: quos De-

minus summa patientia tolerat, sicut olim discipulos tolerauit. ¶ Vnde alia responsio manat: Discipuli, sicut & Thomas dubitare permittuntur, vt Christus fidem nostram solidissi. argumētis firmatam relinquat. Ioan. 20

## CAPVT. XI.

Christus ex data sibi potestate, discipulos prædicatum misit.

**IESVS** loquutus est eis: dicens. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.

Fatetur Christus hoc loco, se super omnē terrā, & super omnes cœlos imperium habere. Impletum ergo est illud Annæ: Dominus dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. Idem verò est cornu, & imperium. sed vt intelligeremus imperium Christi, etiam suprà sublimes cœlos extendi, ideò Anna prædixit, sublimabit cornu Christi sui. Impletum etiam est desiderium illud Davidis: Da imperium tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ. Vbi attentissimè illud verbum, imperium tuum, est audiendum. Neque enim quoduis imperium hîc petebatur: sed ipsissimum Dei imperium. Ergo tale imperium Christus in cælo habet, & in terra, quale Pater æternus habuit & habet. Quo sensu illud etiam intelligi debet. Deus iudicium (non aliud, quàm tuum) regi da. & iustitiam, non aliam quàm tuā, filio regis. Qua causa meritissimè Christus dicit: Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Vt omnes (sive in terris, sive in cœlis) honorificent filium: sicut honorificant & Patrē. Ita intelligendum est illud: Ecce cum nubibus cœli, quasi filius hominis veniebat. & vsque ad antiquum dierum peruenit, & dedit ei potestatem, honorem & regnum. & omnes populi, (sive Angelorum sive hominum) ipsi seruient. Ergo sicut iubete Pharaone, in tota terra Ægypti, absque Iosephi imperio: nemo poterat manum mouere, aut pedem Ad Iosephi enim imperium, cunctus populus obedire debebat ita Patre æterno iubente, in toto orbis ambitu, absque Christi redemptoris imperio, nullus aut Angelorum, aut hominum, manum mouebit aut pedem. Siquidē ad Christi nutum orbis machina subdita obedire tenetur. Verum ergo illud est, Data est mihi omnis potestas. ¶ Queristamen, quomodo Christus dicat datam sibi nūc eam potestatem, quam ab æterno, quatenus Deus: & à conceptione, quatenus homo possedit? Explicat eum nodum Paulus dicens: Eum qui modico quam Angeli minoratus est, videmus IESVM. IESVS ergo licet reuera esset ab incarnatione sua, multo quàm Angeli, maior: voluit tamen exinanire semetipsum: serui formam subiecti recipiens. Voluit enim cœlorum, astrorum, elementorum, hominum, atq; dæmonū iniuriis subiici. Vt eadē subiectionis ratio Christi & reliquorū hominū esset. Id. n. est, qd Paul⁹ dicit: in similitudinē hominum



Philip. 2 num factus, habitu inuentus vt hō. subiectus scilicet iis ferè omnibus, quibus reliqui homines: p similitudinem absque peccato. At post resurrectionem nihil habet dominij in Christum tota natura. Imo contrā: Christus imperium habet suprā totam naturam. Id enim Paulus dicit: Cōstituit Deus Pater Christum suum super omnem principatum, potestatem, virtutem, dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus eius. ¶ Hinc planissimè ratio patet, quare Christus statim alia verba subiunxit: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra: ergo euntes docete, baptizate, gubernate omnes gentes. Ac si diceret. Si rerū omniū monarchia penes me est, ite, docete. & c. Si n. imperiū omnium iure apud me est, ergo omnia mihi parere & obedire tenentur. ¶ Primum igitur mihi vos obedite. Sciebat planè Christus quantum onus, quam difficile iugum discipulis imponeret. mittens enim eos ad omnes gentes, mittebat agnos, ad omnes lupos, pardos, vrsos, leones. mittebat ad lanienam, ad carnificinam. Tradent enim (inquit) vos, flagellabunt vos, persequentur, occident. Sed interim, quia iubeo vos ire, ite. Sentiebat Paulus huius imperij efficaciam, cum dicebat: Si Euāgelizauero non est mihi gloria: Necessitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi est, si non Euāgelizauero. Cur Paule: erit tibi væ: nisi Euāgelizes? Certè quia is cui data potestas omnis est, Euāgelizare præcepit: vasque electionis esse voluit, vt eius nomen in totum orbem deferrem. cuius præcepto adeò sum obediens, vt paratus sim ne illud violem, non solum alligari, sed etiam mori. Neque enim facio animam meam pretiosiorē quam me. ¶ Secundo: data est mihi omnis potestas: ergo mihi obediant omnes. ite igitur: docete omnes seruare, quæ per vos illis præcipio. Is sensus est Pauli, cum dixit: A Christo accepimus gratiam & Apostolatū, ad obediendum fidei in omnibus gentibus, id est, vt omnes gentes obediant fidei, collaque Christi iugo submittāt. Idem significat & illud: Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo, ad destructionem munitio, consilia destruētēs, & omnem altitudinem extollentem se, aduersum scientiam Dei: & in captiuitatem redigentes omnem intellectū, in obsequium fidei. Quis hæc tam præclara posset designare facinora, suprā omnem intellectum, suprā omnem affectum: & cōtra omnem superbiam: nisi is, cui data est omnis potestas in cœlo & in terra? ¶ Tertiò data est mihi omnis potestas, vt totus infernus, omnes omnium dæmonum machinæ, contra Christianos bella gerentium, nihil omnino præualeat. Dictum enim est: Super hæc Petram ædificabo Ecclesiam meam: Et portæ inferi non præualebunt contra eam. Per portas inferi intellige omne consilium, omne magne inferorum potentiam. Hæc enim olim erant in portis ciuitatum. at cur non præualere pote-

rit totus tartareus orbis, contra Christianam Ecclesiam? Certè quia Christo Christianorum duci data est omnis potestas in cœlo, & in terra: vbi infernæ clauduntur potestates. ¶ Quarto: data est mihi omnis potestas in cœlo. vt inde Angelorū legiones in vestrum fauorem mittā: vt inde Dei Patris patrocinium mea interpellatione vobis acquiram. ¶ Si verbis Mathæi addas verba dicta per Ioannem, scilicet ego mitto vos: sicut misit me Pater: intelliges eundem principatum Christum in Ecclesia reliquisse, quem ipse haberet. gradu tamen suo.

## CAPVT. XII.

Mittit discipulos Christus, ad docendum, & baptizandum.

**Docete** *omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Hic primum apertissimè video: quod si Apostoli omnes gentes docere iubentur: fit vt omnes gentes essent ignare. Nemo enim nisi ignarus docetur. Rursum: si omnes gentes sunt baptizandæ: ergo nouus ritus, & nouæ cæremoniæ hominibus statuuntur. Demum, si omnes gentes debent seruare quod Apostolis præceptū erat: ergo non est satis omnium gentium salutem, legem aut veterem, aut naturæ, aut quamuis aliam seruare: nisi legem Euāgelicam seruent. Habemus igitur hinc tria ad æternam fœlicitatem assequendam necessaria: scilicet, Noua doctrina. Nouæ cæremoniæ. Noua *Isaiæ. 49* præcepta. planè omnia noua: quia ecce noua facio omnia. & quia noua creatura est vita Christiana. *Galat. 6* Nouū enim fecit Dominus super terram, ex quo *Ierem. 31* fœmina circundedit virum. ¶ De doctrina noua *Isaiæ. 12* *Isaias* inquit. Non nocebunt, neque occident, in vniuerso monte sancto meo: quia repleta est terra scientia Domini, sicut aqua maris operientis. Verè doctrina illa noua est, quæ ne sibi noceant homines, nè se mutuo occidant præstat. Verè doctrina noua est, quam ipsos Angelos nostra Ecclesia docet. Ita enim Paulus: vt innotesceret *Ephes. 3* principibus, & potestatibus, per Ecclesiam multiformis sapientia Dei. Verè doctrina noua, quam Spiritus ipse Dei, nostris doctoribus suggerit. Ita dicente Christo: Ne cogitate quid loquamini. *Math. 2. 10* Spūs enim Patris vestri dabit, quid loquamini: Verè doctrina noua, quæ cum ipsa summa sit Sapientia, stultos tamen facit: stultitia vocata. dicente Paulo: Quia per sapientiam non cognouit *1. Corin. 1* mūdus Deum, placuit Deo, per stultitiā prædicationis seruare credētes. Verè doctrina noua, quæ nō doctrina est Platonis aut Aristotelis: sed doctrina Spiritus vocatur & est. Meritò quidem doctrina noua, spiritualis, cœlestis: quæ homines nouos facit, spirituales cœlestes. animalis enim homo *Eodem.* non percipit quæ Dei sunt: spiritualis autem iudicat omnia. Cum igitur omnes gentes animales ex se sint, & terrestres: necesse est spirituali doctrina doceri: vt spirituales effecti, spiritualis fœlicitatis



felicitatis capaces efficiantur. ¶ At non satis  
 est gentes doceri, nisi baptizentur in nomine  
 Patris, Filij, Spiritus sancti. Vbi sunt multa ex-  
 pendenda. Primùm, baptismum debere in aqua  
 fieri. Est enim baptismus, lauatio in aqua com-  
 muni, scilicet & elementari. In ea siquidem aqua  
 Dominus suos discipulos lauare præcepit: in qua  
 dum viueret in terra, ad se venientes baptizauerat.  
 Secundò mentem tuam excita, vt videas  
 priorem quidem hominis generationem ex terra  
 fuisse formauit. n. Deus hominem de limo terre.  
 at nunc posterior regeneratio, non ex terra elemē-  
 to infimo, sed ex aqua est: elemento scilicet me-  
 liore, vt regenerationis celsitudo monstratur.  
 In priore, limus inspiratur naturali spiraculo vi-  
 tæ. in posteriore, idem limus inspiratur superna-  
 turali spiritu Christi. ¶ Et equidem merito aqua  
 ad baptismum deligitur, vtpote in qua, com-  
 modissimè mors & sepultura Domini celebra-  
 tur. Demersus enim homo in fontem baptismi,  
 velut mortuus, Christo conspuitur. inde verò  
 rursus eductus, velut in nouam vitam resurgere  
 monstratur. ita nos Paulus edocuit. ¶ Item. si-  
 cut piscis tunc viuere, & feliciter viuere vide-  
 tur: cum in aquis natat submersus: tunc verò mo-  
 ri, cum ab aquis comedendus abducitur. Ita pla-  
 nè, dum homines in mari seculi submersi nata-  
 bant, viuere videbantur: verè tamen mortui,  
 dum abducuntur ab aqua mori videntur: verè  
 tamè victuri, à Christo scilicet comestis, & in Chri-  
 stum incorporati. Vt & Christus piscem assum  
 comedens demonstrauit. ¶ Et equidem pul-  
 cherrimè baptismus in aqua fieri præcipitur: vt  
 figuris quæ de hac re præcesserant respondeat.  
 Sanè Spiritus sanctus olim aquis iucubans, (in  
 modum gallinæ,) aquas ex tunc fouebat: vt nunc  
 nos, velut pullos excluderet. Item factum est fir-  
 mamentum inter aquas, quæ sub cælo, & quæ su-  
 per cælum sunt. Vbi ego video aquas supra cæ-  
 lum, esse gloriæ beatitudinem: vbi nos sicut pisces  
 in nostro mari felicissimè natabimus. aquas ve-  
 rò infra cælum video esse aquas baptismi: inter  
 quas, & aquas gloriæ solùm corporis nostri ma-  
 ceria (vt firmamentum) interstat. Baptizatus  
 enim ritè, si corpore spoliatur, ex aquis baptismi,  
 ad aquas euolat gloriæ. Item aquæ diluuij extin-  
 xerunt libidinem prioris seculi: nouumque se-  
 culum sanctum, purumque reddiderunt. an non  
 innocentius aquæ baptismales, & impurum secu-  
 lum extinguunt, & nouum ac sanctum restitunt?  
 Item aquæ maris rubri Pharaonem destruxerunt,  
 Israëlè seruauerunt. An non sublimius aquæ ba-  
 ptismi Christi sanguine rubræ, diabolium in Pha-  
 raone signatum destrunt, & Christianitatem in  
 Israëlè signatam, in terrâ promissionis inducunt?  
 Item, per aquas Iordanis populus transit Israë-  
 liticus, vt terrâ promissam accipiat. per aquam  
 igitur baptismi populus transeat Christianus, vt  
 terram viuentiū possideat. De petra percussa lar-  
 gissimè manarunt aquæ: è quibus Israëlitæ bibe-

rent, ne siti exarescerent: de Christi latere per-  
 cusso sanguis manat & aqua, Sanguis Eucharistiæ,  
 Aqua baptismum designant. ex hac aqua bibat,  
 qui viuere, non verò siti exarescere cupit. In aquis  
 Iordanis caro Naamanis prius leprosa, vt caro  
 pueri postea restituitur. in aquis baptismi, lepra  
 peccatorum deposita, paruuli reddimur, quorū  
 est regnum cælorum. Tempus deficeret si om-  
 nes baptismi figuras persequi vellem. ¶ Porro  
 non est negligenter illud verbum attendendum,  
 Eos: baptizantes inquit, eos. Quo indicatum est,  
 neminem se baptizare posse. Debet enim bap-  
 tizantis & baptizati esse diuersitas. Secundò indi-  
 catum est: neque puerum in vtero matris clau-  
 sum baptizari posse. ratio verò est in promptu.  
 Dominus enim iubet baptizari, seu lauari saluan-  
 dos. at si vterum matris laues, matrem profectò,  
 non puerum lauare notum est. Tertio monstra-  
 tur, neque absentem posse baptizari. quis enim la-  
 uet absentem? Quarto patet neque mutum, qui  
 formam dicere nequit, neque mancum, qui la-  
 uare non potest, posse baptizare. ¶ Multo verò  
 grandioris doctrinæ est, quod Dñs inquit: ba-  
 ptizantes in nomine Patris, F. S. S. In quibus verbis  
 id mihi primùm adnotandum occurrit: Quam  
 sit integer Christus, quam sibi nihil arroget. Po-  
 terat ille profectò, baptismum in suo nomine  
 tantum fieri, præcipere. Eius præcepti magnam  
 causam habuisset. Siquidem, nostra per baptismū  
 iustificatio, eius erat sanguine, Cruce, morte, &  
 sepultura comparata. Sed suam gloriam solidè  
 Patri etiam vendicauit, & Spiritui sancto. Ho-  
 mines, in fama, honore, gloria: consortis sunt im-  
 patientissimi. at humilis Christus solidam sibi so-  
 li gloriam vendicare non voluit. ¶ Iam & illud  
 baptizatis & baptizantibus significare Dominus  
 voluit: tantam esse iustificationem, quæ in bap-  
 tismo dignè suscipienti confertur: vt non nisi à to-  
 ta Trinitate cõferri videatur. Memor sum, quod  
 olim de Deo lucè faciente dicebatur. Dixit Deus  
 fiat lux. Et item, fiat firmamentum. Dixit Deus  
 congregentur aquæ. Dixit Deus, germinet terra  
 herbam & ita de similibus. At cum ad hominem  
 ventum est, ita scribitur: Faciamus hominem.  
 Summa enim in naturalibus res est homo. ideò  
 non nisi summo consilio, potentia, & bonitate:  
 & non ab vno, vt cunque, sed à pluribus attentis-  
 simè sit efficiendus. At cum altioris sit ordinis  
 gratia, quam tota natura: multo maiore atten-  
 tione iustus hō q̄ hō, regenerandus erit. Cõcur-  
 rat igitur tota Trinitas: non confusim: sed expres-  
 se, & verbotim significata, Vt omnes intelligant  
 quid baptismus operetur. Ideo Christus ait: ba-  
 ptizate in nomine, non Patris tantum, non filij  
 tantum, sed Patris, Filij, Spiritus sancti.  
 ¶ Et id etiam Dominus cautum esse voluit, vt  
 initio Christianæ religionis, qui Christiani es-  
 se decernerent, id quod in ea religione diffi-  
 cillimum est, in ipso limine profiterentur. Ne  
 si primùm facilia, mox istud difficillimum cre-  
 dere

Ioan 3.4

Genes. 2

Roma. 6

Luce 24.

Genes. 1

Eodem.

Genes. 8

Exodi. 14

Iosuz. 3.4

Numer 20

4. Reg. 5.

Math. 19.

Genes. 1.

Genes. 2.



dere cogereatur, se deceptos fuisse quererentur. Procul igitur à Christianismo omnis est fucus, omnis simulatio. Candida sunt omnia, lucida sunt. Nemo conquiri de Christo aut debet, aut potest.

¶ Demum & id Dominus docere decreuit: Non posse quidquã de Personis diuinis aut grandius aut præclarior, aut sublimior, dici: quã Pater, Filius, Spiritus sanctus. Quodq; hi tres vnum sint. Quæ enim maior Patris laus esse potest, quã quæ tam fuerit potens, vt parem per omnia sibi filiũ genuerit: quæ contra maior Filij laus esse aut credi potest, quã quod verè Deus sit, Deo generanti æqualis. Quæ verò maior panegyris esse poterat Spiritus sancti, quã quod sit sanctitas ipsa? Præcorte annitere, contēde, an maiora præconia de diuinis personis possis comminisci? ¶ Iam quod Christus in eodẽ catalogo, Patri adiunxit Filiũ & S. S. satis apertè monstrauit, vnam tribus esse maiestatem: vnam trium esse fidei professionem: vnam à baptizatis requiri Trium adorationem. Rursum Christus dicēs Patrem, Filium, Spiritũ: quibus rebus constituantur, compleantur, & distinguantur ineffabiles illæ personæ, altissimè demonstrauit. Neque enim alia, aut re, aut ratione Pater constituitur, & completur, quam Paternitate: aut Filius, quam Filiatione: aut Spiritus, quã Spiritatione. Quib⁹ illi relationibus, vt in suo esse constituuntur: ita & eisdem, nõ alia quauis re, distinguuntur, iuxta illud Concilij Toletani. In diuinis omnia sunt vnũ, nisi vbi obuiat relationis oppositio. At dũ hæc scrutamur obruimur. Dictũ siquidẽ est. Scrutator maiestatis opprimetur à gloria. Hactenus igitur de rebus: de nomine verò vnũ illud occurrit. Si Pater, Filius, Spiritus, vnũ habent nomen, (dicitur enim in forma baptismi. In nomine, non in nominibus, Patris F. S.) igitur vnam habent & rem. nomina siquidem res ipsas indicant. Dices: esse nomen æquiuocum potest. ego tibi respondeo: artifices scientiarum omnem fugere æquiuocationem: maximè verò Christus eam fugisse debuerat. ne in re tanta, occasionem errandi obtulisse videretur.

## CAPVT. XIII.

Dominus suum suis fauorem perpetuò pollicetur.

¶ Ego inquit, vobiscũ sum, vsq; ad cõsumationẽ seculi. Non sicut cum Lucifero fuerat in cælo: neq; sicut cum Adam in paradiso: neque sicut cum Mose in Synagoga. cum his non fuit vsque in finem seculi. fuit cum illis quidem. sed nõ vsque in finem perseuerauit. at sicut humanitatem, quam semel assumpsit, nunquam dimittet: ita & Christianitatem. Ea enim ratione Messias noster Immanuel, id est, nobiscum Deus vocari voluit. vt quãdiu duraret ipse, eius etiã duraret nomen, deraret item & nominis veritas. ¶ At qui taceri nullatenus debet, quod cum illud **E G O**, sit nomen significans Christum, (nõ so-

lum vt Deum, sed etiam vt hominẽ: Christus. n. non Deus solũ, sed Deus est & homo:) sit necessariò vt in rigore veritatis, Christus nobiscum sit perpetuò: non vt Deus solam, sed vt homo. Aliòqui non se, sed Patrem suum nobiscum futurum polliceretur. At verò Christus (vt Deus & homo) in Eucharistia solum esse nobiscum potest. igitur Christus perpetuò nobiscum in Eucharistia conclusus versabitur. Vbi ergo sunt mendaces heretici, qui Christum in Eucharistia esse negant? Profectò si in Eucharistia non est: nobiscũ vt Deus & hõ nõ est. Mèdace igitur isti pestilentissimi Christũ faciunt, quia ea ratione se nobiscũ futurum pollicebatur, qua nos eum in Eucharistia esse confitemur. ¶ Sed progredior: Ego vobiscum sum perpetuò. arbitror ego quidẽ nihil potuisse Christianismo accommodatius promitti. Infinita siquidem bona promissio illa continet. infinitorumque bonorum radix est & origo fontalis. ¶ Sanè Christus ad peccata destrueda venit. Quid iam efficacius peccata nostra destruat, quam eius perpetua nobiscum præsentia? Quæ enim vxor coram oculis viri adulterium committere audeat? Quæ igitur anima Christo præsentem, Christi sanguine pulchra, adulterium cum fœdissimo dæmone, vel cogitare non erubescat? ¶ Iam, Christus ad iustitiam nobis suam præstandam in mundum aduenit. Siquis igitur est iustitię Christi ardens amator: en fons domui David patet. Omnes sitientes venite ad aquas. Omnes cæci accedite ad lumen, & illuminamini. Omnes infirmi ad salutẽ, debiles ad robur, mortui ad vitam venite, & desiderij compotes efficiemini. Est enim nobiscum Christus. ¶ Rursum Christus in mundum venit: vt dulcius & ardentius à nobis amaretur, cum quibus suas esse delicias olim professus est. at quid potuit ad nostrum excitandum amorem efficacius excogitari, quã quod perpetuò sit ille nobiscum? ¶ Quod si mala nos præsentia premunt: quid robustius ad ea viriliter toleranda promitti potuit, quam ego vobiscum sum. Dictum enim erat, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et rursum: pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Confortamini tyranni, accingimini dæmones, inite consilium sapientes, loquimini verbum heretici. nihil horum succedet, quia nobiscũ Deus. ¶ Quod si futura nos bona pelliciunt: Quod tandem pignus ea adipiscendi nobis exhiberi poterat, quã quod adsit non Raphaël Tobie, sed Dominus ipse nobiscum: qui verè viam in cælum scit, & cœlestia solus dona possit elargiri? ¶ Rursum ex his verbis authoritas Cõcilij nunquam erratura colligitur. Quomodo enim illa errabit Ecclesia, cum qua Christus est: cui Christus præsidet: in qua concilij decreta ipse deffinit? Quid ego per riuulos distineor, & non ad ipsum Euangelij fontem accedo? Equidem præceperat Christus Apostolis, & Pontificibus post eos successuris: vt docerent gentes, baptizarent, gubernerent.

Roma. 6

Galat. 2.

Zacha. 13

Isaia. 55.

Psal. 33

Isaia. 7.

Prouer. 8

Psal. 30

Psal. 22.

Iob. 17.

Isaia. 8.

Tobia. 3

Prouer. 25

Isaia. 7.



Scilicet in  
Concil. cō  
gregatis.

narent. Ad hæc igitur tria præstanda Christus suam præsentiam pollicetur. Nunquam ergo in doctrina, ritibus, gubernatione, à Pontificibus errabitur. Aliòqui si errandū erat in istis, sine Christi præsentia errari poterat. Ergo si Christus no-

biscum est, intelligamus nostram Ecclesiam cælum esse. Cælum enim, Deo sedes est. quæ igitur in cælo, Dei præsentia præstat: hoc nobis Christum præstiturum intelligamus, si nos nobis non deesse velimus. Isaiz. vi.

## PERORATIO.

**G**ratias igitur tuæ sacerrimæ clementiæ Rex Christe benignissime, totis visceribus ago: quòd has nostras curas, labores, & sudores ad optatum finem venire tribuisti. Precor tuam Rex infinite clementiam: primùm quidem, vt iucundum tibi sit hoc eloquium meum. mox vt hunc librum legentibus, non nihil fructus in tui nominis gloriam decerpere concedas: quos precor obnixius: vt si quid suis auribus indignum offenderint, humanæ fragilitati veniam piè largiantur.

CONIMBRICÆ.


*Excudebat Ioannes Barrerius*

*Typographus Regius.*


*Anno 1564.*

*Dob. Paul. de palacio*











13  
Lullatun  
In March